mus facere ternā diuiſionem. ⁊ finis ꝑme partis offert ſe
mitonium inter f graue ⁊ h. ꝙ ſemitonium facit dyapēte
ad h groſſum. ⁊ iſtud ſemitonium valde eſt neceſſarium
in monocordo: ⁊ in organis. qꝛ ſine ipſo non poſſet apte cā
tari ſequentia. Congaudent angeloꝝ. ⁊ plures alij cantus
Et ſicut f graue per diuiſionē quaternariā in ꝑma parte
bmollem habet ꝑ diateſſeron. ⁊ ꝑ ſcđam ꝑtem f accutum.
ꝑ diapente. ⁊ in medio tertie ꝑtis bmolle ꝑ accutum. Sic
ſemitoniū infra f graue: ⁊ g ꝑ quaternariā diuiſionē. Pri
mo offert b quadratum ꝑ diateſſeron. ⁊ in ſcđa ꝑte ſemi
toniū inter f ⁊ g accutum: ſi opus fuerit ꝑ diapente. ⁊ hoc
eſt qđ autor in lr̃a dr̃ ¶ Scriptaqꝫ de bmi. Poſt infra ma
gadas) Hic proſequit̃ autor quartā menſuram. dicens Si
infra magadas vel etiā a quacūqꝫ claue ad ſcđam magadā
fiat binaria diuiſio finis ꝑme ꝑtis offert diapaſon: vt ſi a
greca Γ ſcꝫ gama fiat binaria diuiſio: ꝑma pars offert g
graue. ⁊ ſic de alijs clauibꝫ ¶ F qua menſura) dicit autor
ꝙ eadem menſura qua f graue facit dyapaſon poſt ſe eadē
menſura bmolle: vel ſynomenū ante ſe ¶ Hinc breuiter ⁊c.
Hic epilogat breuiter autor predictas quattuor menſuras
Et dicit ꝙ tonus currit vbiqꝫ per diuiſionem nouenari
am. diateſſeron per quaternariam. diapente per trinariā
diapaſon per binariam. his habitis oēs modi quibus
cantus ꝯtexitur poſſunt haberi. Et de his plenius tracta
bitur in tertio caplo. Nota biſpes ponit̃ pro bipes. quod
non poterat poni in metro. quia ꝑma breuis Et eſt ibi figu
ra epentheſis. Unde. Sincopa de medio tollit quod epen
theſis auget.

PEr formatores monocordorum iuniores
Infra g grecum reperitur vt f ſociatum.

¶ Dictis ſeruatis menſuris nec variatis

# De monocordo

E Dictis ſeruatis menſuris nec variatis
Ut ſine defectu vocum bmollis haberi
Inferius valeat: cantus plenecꝫ doceri
Qui cantus manui nequit in ſolfa ſociari
Sed talem cantum monocordum dat tibi tantum
Et tunc vocem re ſibi gamaut applicat apte
Hinc a mi.b fa:c ſol:d concinit ⁊ la
Surſum ſic ela manui ſit conſociata.
Ternus bdurus ꝙ la bene ſit ſoniturus.
Cumcꝫ nouem partes recte formabo per artes
F infra grecum g claues fert niſi quincꝫ
Premula g grecum fert pars. C tertia groſſum
Quintacꝫ D groſſum.c ſexta dabit tibi paruum
Septima pars vere g paruum gliſcit habere
Tot fert g grecum tot poſt dabit A inde groſſum.
Quas prior et trina fert pars quint ſeptima ſexta
Et ſic quindenas per tres queo carpere claues
Hec poterit cuncta monſtrare proportio quadra.

D

# Capitulum ſecundum

Per varias claues diuiſim conſociatas.
Hinc ſemitonia ſtudeas ingnoſcere plura
Que bene formato cupiunt addi monocordo
A bmi nonies ſimiles tu diuide partes
Ultima quod magadam tangat pars fine locatam
Et ſemitonia poteris reperire quaterna
Nil dabit octaua. nihil altera. quartaq̧ noua.
Partibus in reliquis ſed ſemitonia cernis
Sic a bmolli quod vult precedere b mi
Quatuor conſimiles partes diſtinguere debes
Et ſemitonia poteris cognoſcere plura
Sicq̧ ſonum clarum tibi monſtrabit monocordum
¶ Liguiſerum q̄s gradum vox queuis captitat aptum
Qui cordam tangat vox vt ſonitum bene tangat
Per palmāq̧ leuam monocordi tangito cordam
Quam iuxta magadam per palmam tangito dextram
Quando monocordis varium cantum ſociabis.

# De monocoꝛdo

B ¶ Sequitur tertia pars huius cepituli. In qua autoꝛ
determinat de foꝛmatione monocoꝛdi ſecũdum modernos
muſicos. Et vult ſic dicere. ut cantus bmollis ſiue ſinome-
nus plene ſine defectu poſſit haberi. moderni muſici infra
g grecum ponunt f cum hoc voce vt. a qua per nouenariã
menſuram inueniunt g grecum. ⁊ ab eadem f per quater-
nariam diuiſionem habebunt pꝛimo dyateſſeron per bmol
le. ⁊ ſic de alijs. Semper enim predicte quatuoꝛ mẽſure ſtãt
in ſua virtute de vna claue ad aliam. ¶ (Dictis ſeruatis)
Autoꝛ ſic vult dicere ſicut ſupꝛa dictum eſt. ꝙ Γ grecum per
nouenariam diuiſionem offert quinq; claues. ⁊ A groſſum
ſimiliter quinq;. Sic f infra g grecum per nouenariam di
uiſionem offert quinq; claues. per pꝛimam partem g grecũ
per tertiam partem C groſſum. per quartam
per quintam B groſſum. per ſextam c paruum ⁊ per ſepti
mam g acutum ¶ Notandum ꝙ antiquiſſimi muſici in C
faut ſub grecis literis ⁊ clauibus incipiebant monocoꝛdu ʒ
octo tantum gradibus ⁊ vocibus vtentes. que voces pꝛo cã
tu tunc habito ſufficiebant. Deinde ſucceſſoꝛes illoꝛum ſe-
mitonium pꝛemiſerunt a bmi incipientes monocoꝛdum
D ¶ Poſt hec Ptolomeus rex egypti A graue ſub idioma
te ſuo pꝛemiſit. ⁊ nunc tranſlata muſica a greco in latinum
latini ſeptem pꝛimas literas alphabeti in monocoꝛdo diſpo
nebant. Poſtmodum per illoꝛum ſucceſſoꝛes eedem litere
duplicabantur. Poſtea g grecum ſcilicet Γ pꝛemittebatur
in ſignum. ꝙ muſica pꝛo maioꝛi parte fuit a grecis adinuen
ta Poſtremo dominus Guido trinum alphabetum per cla
ues duplicatas. ⁊ inſuper b molle. ſeu rotundum b addidit
⁊ in ſecudo ⁊ tertio alphabeto. ſcilicet in acutis ⁊ ſuperacutis
vocibus. Ultimo autem bmolle infra in grauibus mono-
coꝛdo ſuperaddebatur. Et deinde longo tempoꝛe tranſacto
per modernos ac poſteros muſicos hec litera f cum hac vo
ce ut pꝛima monocoꝛdis pꝛeponatur: ne vlius defectus in-
fra in cantu bmolli permaneret. ſicut etiam ſupꝛa extra ma-
num. et in ipſo monocoꝛdo: circa finem: pꝛope magadam

# Capitulum ſecundum

poni poterit eela ſiue e litera cum hac voce la. ne tercius b/
duralis cantus paciaꝛ defectum vltime vocis ſcilicet la. Ul
terius notandum ꝙ plura ſemitonia in lira monocordis ⁊
organis ſunt neceſſaria ſicut infra quaſlibet duas claues
que tonum faciunt inuicem ſemitoniū poterit poni. Ad in
ue niendum aūt illam ꝑ debitam menſuram: ſcire debes ꝙ
a bmi ꝑ b quadrum debes menſurare nouem partes equa
les vſq; ad ſecundaꝫ magadam ⁊ finis prime partis offert
certum ſemitonium inter c ⁊ d graues. Finis ꝓ tercie par
tis fert ſemitonium inter f ⁊ g graues. Finis quinte partis
fert ſemitonium inter c ⁊ d acutas. Finis ſexte partis fert ſe
mitoniū inter f ⁊ g ſupacutas. Ligniſerumq; gradū. Se/
quitꝛ quarta pars in qua auctor oſtendit qualiter debeamꝰ
nos exercere in monocordo ⁊ patet ſatis lucide in textu:
¶ Ad pleniorem preſcriptarum menſurarum cognitionē
Nota in ariſmetica ſepe legitur dupla ꝓportio ſeſquialtera
ſeſquitercia ⁊ ſeſquioctaua Proportio autem eſt ſimilitudo
qua numeri ſe ad inuicem habent. Dupla igitur ꝓportio eſt
vbi maior numerus minorem bis in ſe continet. vt vnitatē
binarius: binarium quaternarius. trinarium ſenarius. et
ſic in infinitum quia numerus eſt multiplicabilis in infini
tum: vt patet quarto Phiſicoꝝ. Seſquialtera aūt ꝓportio
eſt vbi maior numerus minorem totum in ſe continet. ⁊ eiꝰ
alteram partem. vt binarium ternarius. quaternariuꝫ ſena
rius ſeptenarium nouenarius: octonarium duodenarius
⁊ ſic de alijs. Seſquitercia ꝓportio eſt vbi maior numerus
minorem totum in ſe continet: ⁊ eius terciam partem vt ter
narium quaternarius ſenarium octonarius nouenarium
duodenarius ⁊ ſic de alijs Seſquioctaua proportio eſt vbi
maior numerus minorem totum in ſe continet. ⁊ eius octa
uam partem: vt octonarium nouenarium. Secunde autē
proportiones in menſura conſiderantur. Erit enī dupla ꝓ
portio: vbi maius ſpacium minus bis in ſe continet. Du/
pla igitꝛ ꝓportio eſt exemplar dyapaſon. Omnes enim eius
ſpecies in duobꝫ paſſibꝫ fiunt. Seſquialtera ꝓo in mēſura

eſt ꝓportio. vbi maiꝰ ſpaciū minꝰ in ſe ꝯtinet ⁊ eiꝰ alteraȝ partem. Et hec eſt exemplar dyapente cuius omnes ſpecies fiunt in tribus paſſibꝫ. Sed ſeſquitercia ꝓportio eſt vbi maius ſpacium in ſe continet totū minus ⁊ eius terciam partē ⁊ eſt exemplar dyateſſeron. cuius oēs ſpecies quatuor paſſibus fiunt. Seſquioctaua aūt ꝓportio eſt in menſura maior intercapedo minorē totā in ſe continet ⁊ eius octauam partem ſicut dictū eſt in octo ⁊ nouem. Hec etiam forma eſt toni cuius oēs vt ita dicam ſpecies nouenario paſſu fiūt ¶ Unde verius ⁊ rectius epoctos dicit̃ quā tonus hoc eſt nomen habet ꝓportionaliter eo ꝙ ſit ſup octo. Tonus aūt dicit̃ a tonando. i. ſonando. Ea igit̃ ꝓportione qua quiſꝗ maior numerus vel maior intercapedo minorem ſuperat vel minor ſupat̃ a maiore. Eadem cuius dicte vocis prior ſonus ſupat poſteriorem vel poſterior ſuperat priorem in grauitate ⁊c.

¶ Sequitur notabile.

# De monocordi compoſitio

ne compendioſam nota doctrinā. ¶ Per mediū ligni in ꝗ ipſe ꝯficere volueris lineā trahe occultā. Et in principio eiuſdem linee comodo ſe circa finē accipe punctū circa quem ſigna f ⁊ ibi debet poni prima magada. Poſt hoc frange circinū vt ab eodē puncto in ea linea ſcḋm longitudinē ligni poteris nouē habere diuiſiões ꝗs figura ꝑ puncta ⁊ in primo puncto pone Γ ut. In ſecundo nihil. In tercio Cfaut. In quarto nihil. In quinto gſolreut. In ſexto cſolfaut. In ſeptimo gſolreut acutū. In octauo nihil. In vltimo ſcḋo pone cifram que habet locum ſecunde magade. Poſt hoc a Γ ut vſqꝫ ad ſecundā magadā nouē fac ptes ꝑ nouē pūcta ſignādo eas. Et in primo puncto pone Are. In tercio dſolre In quinto alamire. In ſexto dſolre. In ſeptimo alamire. Deinde ab are ꝯſilr fac nouē ptes vſqꝫ ad ſecundā magadā. In primo pūcto pone bmi. In tercio Elami. In quinto bmi in bfabmi. In ſexto elami acutū. Et in ſeptimo bmi in bfabmi

# Capitulum ſecundum

Deinde incipe a prima magada vicȝ ab f infra gamaut et vſqȝ ad ſecundā magadā quatuoꝛ fac partes. In prima pone bfa infra bmi graue. In ſecunda pone ffaut. In tercia ffaut acutū. Deinde incipe a bfa infra bmi graue et ab eo fac ꝯſimilr̄ quatuoꝛ diuiſiones vſqȝ ad ſecundam magadā Et in prima pone b ſemitoniū inter dſolre ⁊ elami. In ſecūda pone bfa ī bfabmi. In tercia pone bbfa in bbfabmi. In tercia pone bbfa in bbfabmi. Deinde a bmi graue incipiendo vſqȝ ſecundam magadā nouē fac partes. In prima pone b ſemitoniū inter cfaut ⁊ dſolre. In tercia b ſemitoniū inter ffaut ⁊ gſolreut. In quita pone b ſemitoniū inter cſolfaut ⁊ dlaſolre. In ſecta b ſemitoniū inter ffaut ⁊ gſolreut acuta. Et in ſeptima ſi placet b ſemitoniū inter ccſolfa ⁊ ddlaſol. Deinde a ſemitonio inter dſolre ⁊ elami incipiēdo fac quatuoꝛ ptes ad ſecundā magadā. In prima ſignabis b ſemitoniū inter gſolreut ⁊ alamire. In ſecunda b ſemitoniū inter dſolre ⁊ elami. In tercia fac b ſemitoniū qđ erit inter ddlaſol ⁊ eela ⁊ hoc ſi placet ⁊ terciam diuide in duas partes ibi in medio habebis b ſemitoniū inter gſolreut ⁊ aalamire. Poſtea incipe a cſolfaut ⁊ fac duas ptes vſqȝ ad ſecūdā magadā ⁊ in medio pone ccſolua. Similiter fac a dlaſolre ⁊ in medio pone ddlaſol. Sic etiā ab elami acuto duas fac ptes ⁊ in medio pone eela extra manum. Et ſic complebitur monocoꝛdum.

¶ Sequit̄ foꝛma monocoꝛdi in arcu papiri ſignata.

His viſis varium ꝓperato diſcere cantum.
Sed pꝛimo faciles cantus addiſcere debes.
Ut bone ſunt poctoꝛ o rex ſubiungito lectoꝛ.
Inclita regina pꝛece tua virgo Katherina.

Ad verum ſyna duc nos vbi nulla r uina.

Agno nos criſto iungas pia quesumus agnes.

Poſt alleluia cane: ſponſa dei ſpecioſa.

Hinc ſanctus iunge criſti de virgine matre.

Verſibus adiunctis fons dulcoris mel amoris.

Agnus ſubiungas miſerereqʒ ter ſupaddas.

Diſcas in ſole poſt dupliciter graduale.

Tollite cognoſce mox dupliciter graduale.
Sequit̃ quinta pars huius ſecundi capituli principalis q̃
non indiget multa verboꝝ doctrina ꝛ diuiſione. Sed ma
gis de nominatone ꝛ ꝯpatione. In iſta em̃ parte auctor cã
tus varios. Primo deſcendentibus muſicaʒ magis vtiles
prius annumerat deinde annumeratos cum nota ſubiun
git: vt ſunt bone doctor ꝛ ſic de alijs. Hec cantio ad exerci-
tationem incipientium ſoluiſare. poterit incipi in omni cla
ue in qua hec vox la inuenit̃ videlicet: in vtroqʒ elami: i vtro
qʒ alamire in dlaſolre ꝛ in ddlaſol. Tamen magis proprie
imo ꝓpꝛijſſime incipit̃ in alamire ꝛ finitur in dſolre cum ſit
primi toni.



Bōe doctor date nob luiam

## Capitulum ſecundum



De monocordo.



## Capitulum ſecundum




a queſumꝰ ag nes.
Alle lu ia
Spon ſa de i ſpeci
o ſa mar ga re
ta vernās roſa de hac valle la

Capitulum ſecundum




ãoꝛis ihũ filiꝰ dei Plẽi ſũt celi ⁊
terra gloꝛia tua oſãna in excel
lis Bñdictꝰ marie filiꝰ qui vẽit
i noie dñi Pax ãoris pax placo
ris virtus
almi numini. oſãna in excelſis

E

## Capitulum ſecundum



Agnus dei qui tollis peccata



mũ di miſerere miſercre miſe-



rere nobis dona nobis paceꝫ



dona no bis pacem



In ſole poſuit tabernaculum



ſu um ⁊ ip ſe



tã ꝙ̃ ſpõſus ꝓcedẽs ď thalamo



In alĩa claue ſcḿ moder.

ſu o

Aliud graduale.



In ſole ppſuit taberuaculũ ſu



um ⁊ ipſe tanꝙ̃

## Capitulum ſecundum





eter nales et



int.oi bit



rex glorie





Tollite poꝛ tas pꝛin ci

Capitulum tercium





Capitulum terciū de modis.

Inde modos ſurſum tendentes atq; deorſum
Hec per ſubſcripta poteris cognoſcere dicta
Ter tria iunctoꝝ ſunt interualla modorum.
In quorum formis cantus contexitur omnis.
Antiqui libri ſicut tibi dant reperiri.
Uniſonus primus: ſemitoniumq; ſecundus.
Tercius inde modus tonus eſt de iure locatus.
Eſt ſemiditonus quartus: ditonus quoq; quintus.
Eſtq; modus ſextus dyateſſeron bis ſociatus.
Septimus inde modus tibi ſit dyapente vocatus.
Hinc ſemitonium dyapenteq; conſociatum.
Inde tonum iunge ſociatum dyapente.
Sicq; modi cuncti conſueti ſunt numerati.
In ſemitonio mi non poterit breuiari.

# Capitulum tercium

Dictio ꝙ valeat hec metro conſociari.

Conſimiles voces liber hic prefert tibi plures.

Ut per ſe curta fiat tibi ſyllaba longa.

Quod mihi prudentes ignoſcere poſco legentes.

Cum metrum tales poſcat ſic ponere voces.
Hic incipit terciũ capitulũ hui⁹ libri. In quo autor tractat
de modis quibꝫ omis cantus ꝯtexitur. Et diuidit hec pars
in duas ptes. In prima pte premittit auctor materiam iſti
us capituli: In ſecunda pte pſequit illam. Secunda pars
ibi. Ter tria iunctoꝝ. Vult ergo ſic dicere auctor Poſtq̄
ſupra. in primo ⁊ ſecũdo capitulis didiciſti tria alphabeta
vocibus muſicalibus adiuncta cũ pluribꝫ aliis incidenti
bus. Nunc diſcere ⁊ ſtudere debes modos quibꝫ oĩs cant⁹
contexit. Quicunq; eñi cantandi peritiam conat adipiſci
illi nõ ſolũ que preſcripta ſunt ſufficere poſſunt. Verũetiã
ea que ſequunt ſummope ſũt notanda cũ ſint valde neceſ
ſaria. Per tria iũctoꝝ. In iſta parte pſequit auctor
materiã pmiſſam ⁊ diuidit hec pars in tres ptes In prima
pte diuidit auctor modum de quo ſpecialiter hic tractat in
nouẽ ſpecies. In ſecũda pte proſequit eaſdem ſpecies p de
ſcriptionem. In tercia parte proſequitur ipſas per cantus
demonſtrationem. Secunda pars ibi. Uniſonus voces.
Tercia pars ibi. Preſcriptoſq; modos. Adhuc prima ps
diuiditur in duas. In prima parte facit auctor quod iam
dictum eſt. In ſecunda parte excuſat ſe de quadam redar
gutione ſeu obiectione que poſſit ſibi fieri. Secunda pars
ibi. In ſemitonio. In prima parte dicit auctor quod ter
ria id eſt nouem ſunt interualla modorum quibus can
us contexitur et hoc intellige de modis ab antiquis mu
icis ſeruatis. Hic notare debes ꝙ quando vna vox di

ſtat ab alia grauitate vel acumine ſiue intenſione aut remiſſione talis diſtantia interuallum vocat. Huiuſmodi autẽ interualla a muſicis modi vocantur. Unde etiã ſic deſcribitur ab egregio doctore Boetio interuallum. Interuallũ eſt ſoni acuti grauiſq; diſtantia. Et eodem modo modus ꝑ ut hic ſumit poterit deſcribi. Et q2 interualla prout muſici ipſis vtunt nouem modis fiebant. Ideo etiam nouẽ ſunt modi ⁊ hos modos auctor ſm ordinem annumerat in textu. Primus em̃ modus vocatur vniſonus ſecundus ſemitonium .et ſic de alijs. In ſemitonio. Hic auctor excuſat ſe de quadam obiectiõe que poſſet ſibi fieri. poſſet em̃ ſibi obijci. ꝙ male poſuiſſet hanc dictionẽ ſemitoniũ in metro ſiue in textu q2 altera ſyllaba eſt breuis ſm regulas ꝗtita tñ quã ipſe poſuit longam. excuſat ſe de hac ſyllaba ⁊ de quibuſdam alijs conſimilibus ſyllabis. Dicens ꝙ ad hoc compulit ipſum neceſſitas metri. Unde huiuſmodi delictum poſtulat ſibi a diſcretis lectoribus huius libri ignoſci.

Uniſonus voces ſimiles ſociat tibi plures
Connectens re re mi mi voces ſimileſq;
Sicq; manus cunctas modus hic ſociat ſibi voces
¶ Sed ſemitonium fa mi ſociat ſibi tantum
Si tendas ſupra vel declinaueris infra.
Per ſeptena loca que ſunt manui ſociata
Sed ſemitonia lira plura dat ⁊ monocorda.
Quam manui ſupra per claues ſint ſociata.
¶ Si preter voces fa mi ſocias tibi binas

# Capitulum tercium

Eſſe tonum dicas: varias ſpecies ſupaddas.
Ut re cum mi re: fa ſol ſol la ſuperadde.
Ut re, ſeptenis vicibus re mi tot habetis.
Fa ſol ſeptena loca dant ſol la quoqꝫ ſena.
Sic loca bis dena ſeptemqꝫ tono ſociabis.
Nota quando manum per iuncturas peragrabis
¶ Hinc ſemidithono voces tres conſociabo.
Ut tonus ⁊ fa mi ſint ſemper conſociati.
Exinde primū re fa mi ſolqꝫ ſecundum.
Vel, fa re primū dicas ſol miqꝫ ſecundum:
Re fa ſeptenis vicibus mi ſol tot habebis.
Sic ſemiditono loca bis ſeptem ſociabo
Linea ſi primam vocem capit addit et imam:
Primam ſi ſpacio do ternam conſociabo.
¶ Ad ternam vocem ditonus prebet tibi ſaltum
Includitqꝫ tonos binos infra vel in altum.
Ut mi cantando vel fa la conſociando.
Ut mi ſeptenis vicibus: fa la cape ſenis.

# De modis

Dicq₃ manu ditonos tredecim dic eſſe repertos.
Linea ſi captat primã ternam ſimul aptat.
Primam ſi ſpacio do ternam conſociabo.
¶ Quatuor ac voces dyateſſeron aſſociatas.
Cum ſemitonio biniſq₃ tonis ſociatis.
Claudit in exemplis vt plane noſtis in iſtis.
Ut fa vel ſol re mi la ſi vis ſociare.
Ut fa ſeptenis vicibus re ſol tot habebis.
Mi la per cantum vicibus ſex iungito tantum.
Et ſic bis denis vicibus dyateſſeron addis.
¶ Tritonus ad vocem quartam poſſet retineri.
Cantus quem raro quorundam vult adhiberi.
In quo vix poterit reſonantia dulcis haberi.
Ergo cõmunis cantus cupit hunc remoueri.
Muſica dulciſonas cũ poſcat carminis odas.
Per voces quantas ſoli dyateſſeron aptas.
Tritonus inq₃ manu raro poſſet retineri.
Cantus cõmunis ſi gliſceret hunc adhiberi.
Ffaut hunc q₃ modum preſtabit cum bfabmi.

# Capitulum tercium

In qua ſi claue remouendo fa retines mi.
Uel ſi fa retines clami ſurſum quoqꝫ poſcas.
¶ Dat voces quinqꝫ tibi contextas dyapente.
In quibus eſt ſolum ſemitonium ſociatum.
Nam ſemitonia nunqꝫ ſociat ſibi bina
Infra ſi ſaltum cupias fieri vel in altum.
Cantando re la ſol vt: mi mi quoqꝫ fa fa.
Ut ſol ſeptenis vicibus tibi dat dyapente
Sex vocibus la re poſt conſociando repente.
Mi mi ter reperis fa fa quoqꝫ ter ſupaddis:
Sic vicibus deniſqꝫ nouem dyapente tenebis.
Linea ſi recipit primam quintam ſociabit.
Primam ſi ſpacio do quintam ſociabo.
¶ Dat ſemitonium dyapenteqꝫ conſociatum
Sex voces duo quis fa mi ſemper ſociabis.
Si tendas ſupra vel declinaueris infra.
Iſte modus mi fa vel re fa fert ſociata.

Mi ſa ter reperis quater hinc fa ſociabis.
Sic loca ſeptena modus hic ſeruat ſine pena.
Linea ſi primā recipit ſpacium capit imam.
In ſpacio prima viceuerſa diſtat ab ima.
Hec voceſq; dato dyapente tono ſociato.
Per ſaltum ſolum quibus eſt fa mi ſociatū
Sicut in exemplis vt la:mi req; videbis.
Per loca ſex vt la voces conectere cura.
Sed vicibus ternis mi re tu conſociabis:
Sicq; nouem vicibus fiet modus iſte repertus.
Linea ſi primam recipit ſpacium capit imam
In ſpacio prima viceuerſa diſtat ab ima.
¶ Extremoſq; modos cantus raro ſibi binos.
Iungit ſed reliquos ſeptenos ſepius addit.

In iſta ꝑte deſcribit auctor ſpecies modorum prius annumeratas. Et diuidit hec pars in duas ꝑtes. In prima parte facit auctor qđ dictū eſt. In ſecūda ꝑte ſubiūgit quaſdā additiões. Secūda ps ibi (Addit inde modus dyapaſon conſociatus) Adhuc prima ps poſſet diuidi in nouē ꝑtes ſm q auctor deſcribit nouē modos. Partes patebūt infra

per oꝛdinem. Item quelibet illarum nouem partiũ poteſt
diuidi in duas ſeu in plures ptes ſcḋm q̄ autoꝛ dſcribit pmo
modũ ⁊ deīde ſubiſigit exēpla: ⁊ poſtmodũ oñdit q̄t ſũt ſpēs
cuiuſlibet modi ſeu q̄tiens quilibet modus fieri poſſet cũ
quibuſdam aliĳs incidentibus vt infra patebit ſtudioſo le
ctori B V (Uniſonus voces) Dicit ergo primo ſic Uni
ſonus. eſt primus modoꝝ et habet fieri ſcȝ qñ eadē vox ſe
pius reperit̄ ſcilicet vt vt. re re. mi mi. fa fa. ſol ſol. la la. Et ſic
etiā deſcendendo, put euidenter ptȝ in antiphona. (Factus
eſt repente de celo ſonus. Huicaũt modo nõ competit ita p
prie preſcriptio moꝝ predabita ſicut ceteris modis ſicut eti
am noīatiuo caſui in grāmatica nõ competit ꝓprie deſcptio
caſus. cũ a nullo cadat ſed ceteri caſus cadunt ab ipſo Hic
etiā vniſonus. vbi nõ eſt diſtantia vocũ q: ibi nõ ſũt diuer
ſe voces i ſpecie. ſȝ bñ in nũero. Sed ſemitoniũ. Semitoni
um eſt aſſociatio duaꝝ vocum inuicem minus plene ſonā
tium vt ſi fiat aſcenſus de mi ad fa vel ecõuerſo deſcenſus.
Et dicit̄ ſemitoniũ a ſemis ſemi quod eſt impfectũ ⁊ tonus
quaſi imperfectus tonus. Et non a ſemis ſemiſſis quia
ſonat dimidiũ: q2 ſi ſemitonniũ eſſet dimidius tonus: tunc
vt conſtaret ex vna voce que eſt medietas toni ⁊ nõ ex dua
bus. ſed ſemitoniũ conſtat ex duabꝫ vocibus ergo ſemitoni
um non eſt dimidius tonus. Etiam ſi ſemitonium eſſet me
dietas toni tunc tonus diuideret̄ in duo equalia qḋ eſt im
poſſibile ⁊ ꝯtra oēs muſicos ergo ſemitoniũ non eſt medi
etas toni. ſed tonus impfectus. Et nuſq̄ fieri poteſt niſi de
mi ad fa p deſcenſum ⁊ poteſt fieri ſepties p claues manus
pluries ꝟo p inſtrumenta muſicalia. Si preter voces. To
nus eſt perfectũ ſpaciũ duarũ vocũ inuicē plene ſonantiũ
Uel tonus eſt aſſociatio duaꝝ vocum inuicē pfecte ſonan
tium qḋ redit in idem ſiue fiat intenſio ſiue remiſſio vt ſi iũ
gas has voces vt re vel mi re ⁊ ſic de aliĳs oībus vocibus.
Nĳs duabus fa ⁊ mi exceptis que tñ cum aliĳs vocibꝫ ſur
ſum vel infra iuncte conſtituunt tonum. vt cantando remi

# De modis

vel fa ſol. Et econuerſo mi re. vel ſol fa. Et dicitur tonus a
tonando. id eſt fortiter ſonando. habet em̄ fortem ſonum re
ſpectu ſemitonij. et fit ꝑ claues manus vigintiſeptem vici-
bus. Huic ſemiditono. Semiditonus eſt ſpacium conti-
nens ſemitonium ⁊ tonum. Uel eſt aſſociatio ſemitonij et
toni. Et habet duas ſpecies de re ad fa vel de mi ad ſol ⁊ ecō
uerſo. Et poteſt fieri per claues manus quatuordecim vici-
bus. Nota etiam ſi prima vox ponitur in linea. Tercia fi-
naliter in linea eſt ponenda et econuerſo. Similiter ſi p̄ma
continet ſpacium ſimiliter et tercia fit em̄ ſemper ad terciaꝫ
vocem ſemitonio incluſo. Ad terciam vocem. Dytonus ē
interuallum ſeu ſpacium continens duos tonos ⁊ fit ſimi-
liter de vna voce ad terciam ſemitonio excluſo. Et dicitur a
dya quod eſt duo ⁊ tonus quaſi duos continens tonos. ſi-
cut ſemiditonus a ſemitono ⁊ tono dicitur. Et habet dyto-
nus duas ſpecies aſcendendo de vt ad mi ⁊ de fa ad la vel
econuerſo deſcendendo. Et habet fieri tredecim vicibus ꝑ
voces manus. ¶ Linea ſi primam. Notanduꝫ ꝙ auctor in
hoc capitulo vtitur frequenter illa figura que dicitur Epi-
mone que tamen figura poteſt dici color rhetoricalis ꝺ qua
dicit auctor Greciſmi. Epimone ſententia fit crebro repeti-
ta Interſcalares verſus iſtud manifeſtant. Sicut in theo-
dolo frequenter ſcribitur. Cede dies celo quia neſcit cedere
virgo. Impia quid dubitas o deianira mori. Et dicitur ab
epi quod eſt ſupra ⁊ monos quod eſt vnuꝫ quaſi vnius po-
ſite ſupradicte ſententie repetitio. Verſus autem. Interſca
lares dicuntur per ſcale ſimilitudinem: quia ſicut in ſcala
plura ſpacia ponuntur inter gradus ſic ⁊ verſus. Interſca
lares alijs verſibus multotiens interponuntur ſicut freqn
ter apparet in Ouidianis ⁊ in pluribus alijs libris. Quatu
or ac voces dyateſſeron aſſociatas. Dyateſſeron ē ſext⁹ mo-
dus ⁊ ē interuallū ſeu ſpaciū ꝯtinēs duos tonos ⁊ ſeitoniū et

habet tantũ fieri quando ſit intenſio vł remiſſio de vna vo
ce ad quartam vocẽ. Et dicit a dya quod eſt de et tetras vel
teſſeron quod eſt quatuoꝛ. quia fit vt dictũ eſt quando itur
de vna voce ad quartã ſemitonio ſemꝑ intermixto. Conti-
net aũt tres ſpecies. Prima eſt de vt ad fa. Secunda de re
ad ſol. Tercia de mi ad la ⁊ ſemꝑ econuerſo. Et dicit autor
in litera qꝺ fit viginti vicibus ꝑ voces manus (Tritonus
ad vocem Ne auctoꝛ videat defectuoſus in modis quibus
cantus contexit) Dicit quod aliqui cantores addunt trito
num ad quartam vocem qꝛ continet tres tonos ſꝫ raro vti
mur illo in cantu. Inuenit tamẽ in repetitione inuitatorio
rũ que aſcribunt venite ſeptimi toni vt in inuitatorio Aue
maria: dñs tecum. Seculoꝝ amen: dñs. Et habet fieri ab
ffaut ad bfabmi ꝑ cantum b durum vel a bfabmi ad elami
ſurſum aſcendendo ꝑ cantum bmollem. Sed quia raro i
uenit. Icirco a paucis muſicis ponit cũ non habeat tan-
tam dulcedinẽ ſicut dyateſſeron ad quartã vocem qui mo
dus dyateſſeron includit ſemꝑ ſemitonium Sed tritonus
includit tres tonos ſemitonium excludendo qꝛ ſemitoniũ
dulcedinem cantui frequenter adducit ⁊ adminiſtrat ⁊ ob
hoc tritonus minus curatur. licet interdũ reperiat vt ſup̃
dictum eſt ꝑ repetitionem inuitatorioꝝ (Dat voces quinqꝫ
Dyapente eſt ſeptimus modus ⁊ conſtat ex tribus tonis ⁊
ſemitonio intermixto. Et dicit a dya quod eſt de ⁊ pentha.
quod eſt quinqꝫ: qꝛ conſtat ex quinqꝫ vocibus. Habet enim
plus vno tono qꝫ dyateſſeron: ⁊ quatuoꝛ habet ſpecies Pri
ma eſt de vt ad ſol. Secunda de re ad la. Tercia de mi ad
mi ſine mutatione. Quarta de fa ad fa ⁊ ſemꝑ ecõuerſo. Et
xix. vicibus inuenitur ꝑ totam manum. Subiungit etiaꝫ
auctoꝛ in litera qꝛ ſi prima illarum vocum ponitur in linea.
Similr ⁊ quinta ⁊ idem intellige de ſpacio que omnia ſub
tali exemplo patent per ſolfami. P VI (Dat ſemitoniũ)
Octauus modus vocat ſemitoniũ cũ dyapente. ⁊ conſtat
hic mod' ex ſemitonio ⁊ dyapente. Et fit de mi ſcꝺe diſpoſi-
tiõis vocũ ad fa q̃rte diſpoſitiõis vicꝫ ab elami ad cſolfaut.

econuerſo. et in pluribꝫ alijs locis. Habet enĩ ſemꝑ fieri de vna voce ad ſextam aſcendẽdo ⁊ deſcendendo ita ꝙ duo ſe-mitonia ſemꝑ ſint itermixta. Et fit duobꝫ modis de mi ad ⁊ econuerſo ⁊ de re ad fa ⁊ ecõuerſo. Fit aũt ter de mi ad fa. Primo ab elami in ſpacio ad cſolfaut. Secũdo ab alamire in linea ad ffaut in ſpacio ꝑ cantuȝ bmollẽ vt ſepius patet in antiphõa Alma redẽptoris. Tercio modo ab elami ĩ li-nea ad ccſolfa ⁊ ecõuerſo. Quater ꝟo de re ad fa. Primo ab are ad ffaut ⁊ econuerſo. Secũdo a ſolre ad bfa bmi ⁊ ecõ-uerſo ꝑ cantum bmollẽ. Tercio ab alamire ꝑ cantũ b durũ ad ffaut in ſpacio. Quarto a dlaſolre ad bbfa bmi ꝑ cantũ bmollem. Et hic modus fit ſepties in manu. Et ſubiungit auctor in litera. Si prima vox ponit̃ in linea. Sexta ponẽ-da eſt in ſpacio ⁊ econuerſo. ſi prima vox ponit̃ in ſpacio ſe-xta vox ponit̃ in linea. (Sex voceſqꝫ dato) Tonus cũ dya-penthe eſt nonus modus ⁊ conſtat ſimiliter ex ſex vocibus ex tono videlicet ⁊ dyapente vno modo tantũ ſemitonio in-termixto. Et fit duobꝫ modis vicȝ de vt ad la ⁊ de re ad mi. Sex vicibꝫ de vt ad la. ⁊ tribus vicibus de mi ad re. Prĩo a dſolre ad bfa bmi ꝑ cantum b duruȝ qui ſemꝑ requirit mi in eadem claue. Secũdo a dlaſolre ad bbfa bmi ꝑ eundeȝ cantum. Tercio ab elami in linea ad gſolreut deſcendẽdo vel aſcendendo ꝑ cantũ bmollẽ. Si aũt in iſto modo ꝓma vox ponat̃ in linea ſexta vox ponit̃ in ſpacio ⁊ ecõuerſo. Ex-tremos modos. Hic vult autor ꝙ vltimi duo modi raro po-nunt̃: ⁊ hoc ſcḿ antiquos. In nouis aũt hyſtorijs pluries reperiuntur.

Additur inde modus dyapaſon conſociatus.

Octo coniunctas ſemꝑ ſeruans ſibi voces.

Infra ſi ſaltum fieri cupias vel in altum.

Per totamqꝫ manum noſcas hunc currere ſaltum.

# Capitulum tercium

Huncnon in numero preſcriptorum numerato.

Extat iſte modus vocum ꝯcordia dictos.

Nam voces ſummas ſemper cōcordat ad imas.

Huncqꝫ modum veteres tenuerunt atqꝫ moderni.

Sicut perſcripta veterum poterit bene cerni.

Linea ſi primam recepit ſpaciū capit imam.

In ſpacio prima viceuerſa diſtat ab ima.

In hac pte ſubiungit autor quaſdā additōes. Et diuiditur hec ps in duas ſm ꝙ autor facit duas additones. Secūda ps ibi. In cantuqꝫ rudi. ¶ In prima pte dicit autor ꝙ predictis nouem modis addit quidam alter modus q̄ vocatur dyapaſon qui a quibuſdam non dicitur modus ſꝫ cōſonantia ſeu equacia nominatur equat eīm ſummas voces ad imas ¶ Dyapaſon eīm a qualibet voce ſeu claue ad conſimilem. i. ſuam octauā eleuatur ⁊ deponit vt a gamaut ad gſolreut ⁊ ab vno dſolreut ad aliud ⁊ ab are ad alamire ⁊ ecōuerſo ⁊ ſic de aliīs clauib⁹. Dī aūt dyapaſon a dya qd̄ ē depan quod eſt totū ⁊ ſon qd̄ eſt vox eo ꝙ in ſe cōtinet oēs voces. In p̄dictis aūt modis quilibet ſe exerceat qui aūt tam in predictis q̄ꝫ ſubſcriptis modis: hac exercitatione vult grauari tedio: nec vnāquanqꝫ vocem ad aliam apte compararet ꝑ modos ita vt in articulis manus ſeu in cantu quo interuallo vnaqueqꝫ vox ab altera diſtat ꝑpēdere valeat: ſeſciat in p̄cedētib⁹ ꝓculdubio in vanū laboraſſe ⁊ fere omnē diligentiā ꝑdidiſſe. Nota etiā ꝙ ſi prima vox ꝑ dyapaſon ponitur in linea. ſua octaua poni debet in ſpacio. ⁊ ecōuerſo. ¶ Dicit etiam autor in litera ꝙ iſte modus ſeruatus ē tā ab antiquis q̄ꝫ a modernis. In libro eīm qui vocatur dya-

logꝯs muſice vbi vniſonus ſemitoniū cum dyapente et to-
nus cum dyapente ꝛ illi modi qui fiunt ad ſeptimā vocem
penitus obmitiunt. Dyapaſon inter alios modos ſeptem
ponitur quibus antiqui vtebantur. quos etiam Uirgilius
in bucolicis vocat ſeptem diſcrimina vocum quibus mo-
dis moderni addiderunt vniſonum ponētes illum primuꝫ
ꝛ vocantes abuſiue modū. ſicut grāmatici nominatiuū ca-
ſum. ꝛ ꝙplures tamē cōputant tm̄ nouem modos vocuꝫ qꝛ
dyapaſon obmittunt cū ſupra dictis modis ad vocē ſextaꝫ
ꝛ ſeptimā ob rarum in cantu eoꝝ vſum.

In cantuqꝫ rudi quidam iunxere moderni.
Uoces ſeptenas vno ſaltu ſociatas.
Huncqꝫ modum cuncti veteres ſpreuere magiſtri.
Cum nomen proprium ſortiri non queat vnum.
Hec ratio nulla papali nec data bulla.
Cum vox bina modos poſſit ſibi iungere binos.
Et vox trina modos valeat tibi tradere binos.
Et vox ſena modos preſtare queat tibi binos,
Ut tibi preſcripta plene dant noſcere dicta.
Sic ſeptena modos poterit vox tradere binos.
Nomina que bina ſibi ſeruant appropriata.
Eſt ſemiditonus prior ꝛ dyapente vocatus,

# Capitulum tercium

Sed nomen dytonus fert cum dyapente ſecundus.

Ut ſoluatur a vigili dat noſcere cura.

Poſqꝫ modos clerus gliſcit ſeruare modernus.

Preter predictos in ter terni numeratos.

Sic tredecimqꝫ modi p̱ te poterunt numerari.

Tritonus incluſus ſi ſit quem raro dat vſus.

Sed ſup̱ octauam nullus quit ſcandere vocem.

Nam voces octo dyapaſon ſolus habebit.

Inter quas voces modus alter quiſqꝫ manebit.

Ergo modum quencꝫ dyapaſon continet in ſe.

B ¶ Hic facit ſecundam additionem dicens ꝙ quidā mo
derni in cantu ſuo iungunt ſeptem voces vno ſaltu q̄ mo⸗
dus ab antiquis non curabatur eo ꝙ non poterat ſortiri
vnum nomen ſpeciale quod quidam dixerunt. Sed hec ra
tio nulla: quia ſicut ad duas voces duo poſſunt eſſe modi:
vt ſemitonium et tonus: ⁊ duo modi ad terciam vocem. vt
ſemiditonus ⁊ ditonus ⁊ duo modi licet raro ⁊ ad quartā
vocem ſcilicet dyateſſeron ⁊ tritonus ⁊ duo modi ad ſep⸗
tam vocem vt ſemitonium cum dyapente et tonus cum
dyapente. Sic etiam duo modi poſſunt haberi ⁊ fieri ad
ſeptimam ſemiditonus cum dyapente et dytonus cum
dyapente quibus modis plures moderni in ſuo cantu
vtuntur ꝙ optime fieri poteſt ex arte. Si enim licitum eſt
per dyapaſon aſcendere ab vna voce ad octauam et per
reliquos modos infra octauam vocem de vna voce ad

quamlibet aliam licitum eſt etiam fieri ad ſeptimā. licet eñ hoc nõ ſit ſemper factum per cõmunem cantum: poteſt tamē fieri. qꝛ cuiuslibet artis poſſunt fieri que nõdum in ꝯmuni ſunt vſu. nec tñ propter hoc autor huius cantõnis (Ter terni ſunt modi) iudicãdus eſt oberraſſe: ob hoc ꝙ modos ad ſeptimam vocem non poſuit quia ſuo tempore non ſeruabantur. quamuis nũc per modernos ſeruent̄ in nouo cãtu

Preſcriptoſqꝫ modos plures dabit ordine iũctos

Cantio ter terni: quam cantant quiqꝫ moderni

Cantus datqꝫ modos vetereſqꝫ modernos

Ora voce pia pro nobis virgo maria

Tritonus excluſus ſi ſit quē raro dat vſus

Quos cantus binos cum neuma conſociatus

Propter clericulos iſtinc ſubiungo nouellos.

Sequit̄ tertia ps principalis huius capitl'i. In qua auctor predictos modos omnes declarat: per duarum cantionuꝫ In quarum prima preſcripti nouem modi magis vſitati cũ dyapaſon declarantur In ſecunda vero cantione: que per totam currit manum: varie ſpecies cunctorum modorum taꝫ antiquorum qꝫ modernorum (ſolo tritono excepto) declarãtur. ſicut patere poterit lucide per ipſius ſoluaturam.



Ter t̃ni ſũt mõi qb⁹ oĩs cãtilēa


ꝯterit ſcilicz ¶ Uniſonus
Semitoniū Ton⁹ Semiditon⁹ Diton⁹ Dyateſſeron
Dyapēte Semiditoniū cū dyapēte Ton⁹ cum dyapente
ad hec ſon⁹ dyapaſon. Si quē delectat ei⁹ tunc modum
eſſe agnoſcat. Atqꝫ tam paucis clauſulis tota armo-
nia formetur vtiliſſimum eſt eas ſcire et memo-

# De modis



ri e commendare nec prius ab huiꝰ modi ſtu



dio quieſcere donec vocum intervallis agni-



tis armoni e totius facilime queat



Exẽpla ꝺ trito.

cõprehendere noticiam. E u o u a e.



Roſaꝝ roſa p̃mula



Aue maria gra. do mi

Capitulum tercium






Hic in aue maria in ſexto tono eſt tritonus a mi in elami ad fa in bfabmi ī vndecima ⁊.xij. vocibus a principio.

Silr in.o dulciſ.quarti toni eſt tritonus ab vt ī ffaut ad mi ī bfabmi ī.xiij.⁊.xiiij vocib⁹ a fine

# Capitulum tercium






Hic in alleluia
datur modulatio
per aſcenſum ⁊ d̄
ſcenſū toti⁹ man⁹
tñ irreglariter qꝛ
nullius cantus po
teſt hūc curſū hic



# Figura interuallarū





bis vir go

Figura de modis interuallarum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sine diſtantia | | Sine diſtantia ⁊ interuallo ⁊ ſic eſt vniſonus | A |
| | Scđa | Debiliter intēſa ⁊ remiſſa ⁊ ſic eſt ſemiditoniū | B |
| | | Potenter intenſa et remiſſa et ſic eſt tonus | C |
| | Tercia | Debiliter intenſa vel remiſſa ⁊ ſic eſt ſemiditon⁹ | D |
| | | Potēter intenſa ⁊ remiſſa ⁊ ſic eſt dytonus | E |
| Dis mod⁹ fit aut | Quarta | Debil'r ⁊ ſic ē dyateſſeron | F |
| | | Potēter ⁊ ſic ē triton⁹ | G |
| | Quinta | Dulciter ⁊ ſic ē dyapēte | H |
| Cū diſtātia ⁊ h' mł tipliciter aut ſit in | Sexta | Debiliter ⁊ ſic eſt ſemitonium cū dyapente | I |
| | | Potēter ⁊ ſic eſt tonus cum dyapente | K |
| | Septima | Debiliter ⁊ ſic eſt ſemiditonus cum dyapente | L |
| | | Potenter ⁊ ſic eſt dytonus cum dyapente. | M |
| | Octaua | Et ſic eſt dyapaſon | N |

Exempla repuīre notata ſ̄m alphabetū ī colūna ſequēti

# Figura interuallorū



A Vniſonus  C Perfecte ſecunde.



B Imperfecte ſcđe  L Impfecte ſeptīe



D Impfecte tercie  E Perfecte tercie.



F Impfecte q̄rte  G Perfecte quarte.



H Dyapente  I Impfecte ſexte.



K Perfecte ſexte.



N Dyapaſon  M Perfecte ſeptime.

¶ Sequit̃ capitulū quartum de Tonis.

# De tonis

Poſt predicta tonos ſtudeas cognoſcere cũctos.
Ut cantum quenq; valeas ex arte tonare.
¶ Dicitur eſſe tonus de quo tractat liber iſte
Regulaq; finem cantus diiudicat omnem.
¶ Qui tonus in ſpecies diuiſus erit tibi binas.
Eſt tonus autentus: tonus eſt dictuſq; plagalis.
Quos hinc per ſpecies plures diſtinguere debes.
¶ Quatuor autentus dic quatuor atq; plagales.
Sicq; tonos cunctos. dic octo conſociatos.
Ad quemuis cantum condigno fine regendum.
¶ Impar dat numerus autentum. parq; plagalẽ.
Autentus primus tonus eſt tertius quoq; quintus.
Septimus extremus autentus erit vocitatus.
Per numeroſq; pares ſic annumerabo plagales.
¶ Autenti propria ſeruant ſibi nomina greca.
Primum dico prothum: ſed deutrum dico ſecundum.
Ternum dic tritum. thetrardum dicito quartum.
Additus hiſq; tonis primũ cantus fuit omnis.

# Capitulum quartum

Inſeruere viri prudentes inde moderni
Quatuor: ⁊ tales dixerunt eſſe plagales.
Sic nunc qui ternus toñus eſt fuit ille ſecundus
Et nunc qui quintus tunc ternus erat vocitatus.
Et qui ſeptenus nunc quartus tunc fuit ille.
¶ Autentos dominos dicas: ſeruoſq; plagales.
Sic primi ſeru⁹ tonus eſt de iure ſecundus.
Tercius hinc dominus eius. ſeruus quoq; quartus.
Cum quinto domino ſextum ſeruum ſociabo.
Septimus octauo redimitus ſit quoq; ſeruo.
Nomina ſunt alia diuerſa plagalibus apta.
¶ Autenti ſurſum tendunt ſeruiq; deorſum.
Quamuis cōmunes retinere queant ſibi fines.
Vt tibi ſubſcripta clare dant noſcere dicta.

Sequit᷑ quartū ⁊ vltimū capitulū hui⁹ libri. In q auctor iuxta ꝑmiſſuȝ ſuū factum in libri principio tractat de tonis. Et diuidit᷑ hec pars in duas. In prima pte premittit auctor iſtius capituli materi In ſecunda pte ꝓſequit᷑ illam Secunda ps ibi (Dicit᷑ eſſe ton⁹) In prima parte vult auctor ſic dicere. Poſtq̄ȝ in prio

capitulo huius libri didiciſti ſoluare ꝛ quenlibet cantuꝫ ꝑ
claues cognoſcere cum pluribus alijs que circa eandē ma-
teriam incidunt declaranda. Et poſtq̄ʒ in ſecundo capitulo
didiciſti plura de monocordo ꝛ varia eius menſura. Et ter
cio de modis nouem antiquis ꝛ quibuſdam modernis qui
bus conficitur omnis cantus Nunc in iſto capitulo quar
to ſtudium tuum debet verſari circa tonos quibus omnis
cantus in fine dijudicatur ſeu regit̄ cognoſcendus A¶
(Dicit̄ eſſe tonus) In hac parte ꝓſequitur auctoꝛ materiā
iam premiſſam. Et diuidit̄ hec pars in tres partes principa
les. In pꝛima pte determinat auctoꝛ de tonis quo ad eoruꝫ
diffinitionem diuiſionem et differentias. In ſecunda par-
te determinat de ipis quo ad claues in quibus cantus eoꝝ
finitur. In tercia pte determinat de tonis quo ad claues q̄
bus ipſoꝝ ſeculoꝝ amē adaptan. Secunda ps ibi. In d
ſolre tonus. Tercia ps ibi. Claues ſeculoꝝ. Adhuc pꝛima
ps diuiditur in duas: In pꝛima parte ponit auctoꝛ toni de
ſcriptionem. In ſecunda pte ſubiungit ipius toni diuiſio-
nem. Secunda ibi: Qui tonus in ſpecies: B¶ In pri-
ma parte dicit auctoꝛ ꝙ tonus ꝓut in iſto capitulo ſumitur
Eſt regula que de omni cantu in fine dijudicat. Nā niſi ſcie
ris finem tonoꝛum non poteris cognoſcere q̄ʒtum cantus
debeat eleuari vel depꝛimi ſeu infra quas claues incipi: que
omnia per finem cantus regularis vt infra dicetur cogno
ſcuntur. Unde etam ab aliq̄bꝫ muſicis. Tonus ſic diffi-
nitur. Tonus eſt regula naturā ꝛ foꝛmam ſeu debituꝫ cur-
ſum cantus regularis determinans. Dicitur aūt regularis
ad differentiam cantus irregularis ſeu irregulariuꝫ qui ſo-
lent indifferenter in diuerſis pꝛincipijs inchoari ꝛ in varijſ
finalibus terminari. Sicut ptꝫ in his. Aſcendente ieſu in
nauiculam. Et benedicta ſit creatrix. que regulariter ſunt
octaui toni ꝛ tamē a quibuſdā ſexto ꝛ a quibuſdā tercio coa
ptantur tono. ¶ Differt aūt hic tonus a tono de quo in pre
cedenti tractatur capitulo. qui eſt vnus nouem modoꝛum

# Capitulum quartum

quibus cantus contexitur. Conſtans ex duabus vocibus
ſimul coniunctis. fa mi vocib9 tantum exceptis vt ſupra di
ctum eſt: Qui tonus in ſpecies. Hic determinat auctor d' to
no quo ad ipſius diuiſionem. Et diuidit hec pars in due s
In prima parte diuidit autor tonũ in ſpecies. In ſecunda
parte differentias illarum ſpecierꝝ ſubinfert. Secũda pars
ibi. Impar dat numerus. Adhuc prima ps diuidit in du/
as. In prima pte diuidit autor tonum in ſpecies. In ſecũ/
da pte ſubdiuidit eaſdem ſpecies. Secũda ps ibi. Quatu/
or autentos: C ¶ Circa primã partem nota q' tm̃ quatu
or toni a grecis primo ⁊ principaliter erant adinuenti. Hij
vicꝫ ꝓthos deutros ſeu deutrius tritus ⁊ thetrardus. Hec
eñ noĩa greca ipſi greci ipis imponebant. Hos aũt tonos
autentos; i. digniores appellauerũt. Cantus eñ qui tũc tẽ/
poris habebaẗ eiſdem quatuor tonis ꝓprie poterat attribui.
Nondũ eñ beatus Gregorius cantũ gradualis ⁊ antipho
narij. Nec ſanctus ambroſius ſuum dictauerunt cantum
quibus cantibus nunc ſancta mater eccl'ia vtiẗ. Moderni
itaqꝫ muſici videntes predictos quatuor tonos min9 poſſe
ſufficere ad oĩe gen9 cantus diſcernendũ. quatuor alios ꝑ
dictis quatuor addiderũt. quos plagales ſeu ſubiugales. i.
ue ſeruos ſeu diſcipulos prefatorꝝ quatuor vocauerũt. quẽ
libet predictorꝝ tonorꝝ in duos diſtinguendo ſeu ſcindẽdo
vt prothũ in primum ⁊ ſecundũ. Deutrũ in terciũ ⁊ quartũ
Tritũ, in quintũ ⁊ ſextum. Thetrardũ in ſeptimũ ⁊ octauũ
Diciẗ aũt prothus a prothos qđ eſt primum Deutrus ſeu
deutrius a deutro qđ eſt ſecundum Tritus a tris quod eſt
tres. Thedrardus a tetras quod eſt quatuor. Primo enim
iſti toni ſcḿ ordinem debitum erant diſpoſiti licet tunc pla/
gales toni ſint eiſdem immixti. D ¶ Impar dat nume/
rus. Hic ſubiungit autor differentias ſ tonorum. Et diuidi
tur hec pars in quatuor ſcḿ q' auctor quatuor differentias
tonorum aſſignat. Secunda pars ibi. ¶ Autenti propria.
Tercia pars ibi. Autentos dominos. Quarta pars ibi.
Autenti ſurſum. Prima differẽtia talis eſt q' autẽti toni ſcḿ

# De modis

Autenti ſurſum. Prima differentia talis eſt ꝙ autenti toni
ſm ordinem ſunt in numero impari poſiti: Plagales ꝟo
in numero pari. Scḋa differentia eſt ꝙ autenti toni primo
erant adinuenti. Plagales ꝟo poſtmodū. Tercia differen-
tia eſt ꝙ autenti ſūt digniores tanꝗ dn̄i. Plagales ꝟo indi
gniores tanꝗ ſerui ꝛ diſcipuli. Quarta differētia eſt ꝙ au-
tenti ī curſu ſuo tēdūt ſurſū. Plagales ꝟo deorſum vt īfra
plani⁹ patebit: Nota etiā ꝙ ſecūdus tonus dr̄ plagalis pro
thi.i.ſcḋa ps primi toni qꝛ in eadē claue in q̄ ꝛ prim⁹ finitur
ꝛ deorſum tendit in ſuo cantu. Quartus ꝟo dr̄ plagalis de
utri.i.tercij: Sextus plagalis triti.i.quinti. Et octau⁹ pla-
galis tetrardi.i.ſeptimi. Et reliq̄ ſatis lucide patēt in textu.

In dſolre tonus primus finitq; ſecundus.

Hos ꝛ finire quandoq; poteſt alamire.

Fert elami ternum cui conſociabo quaternū.

Cuius fine cum mi quandoq; dabit bfa bmi.

Ffaut hinc quintum ſociatq; tonū ſibi ſextum.

Interdum tutum quis finem c dat acutum.

Septimus octau⁹ gſolreut eſt ſociatus:

Hic finiſq; datur exceptio nulla ſequatur.

Autenti de fine toni deſcendere poſſunt.

Ad primas voces: aſcendere vocibus octo.

Sepius hinc nonam ſociatq; licentia vocem.

# Capitulum quartum

Ad quintas voces ſcandunt a fine minores.
Deſcenſu quartas poſſunt quoqꝫ carpere voces.
Quartas natura, donatqꝫ licentia quintas
Interdum binas ſupra laſciuia voces.
Cantus multorum ſupaddit ſepe tonorum.
Que ſemiditonum ſociat quandoqꝫ deorſum
In primo quintoqꝫ tono ſibi conſociato.
Sepius ad quartam cupit iſtis addere vocem.
Formula cunctoꝝ ſic eſt tibi ſcripta tonorum.
Raro mutabis hanc formam vel variabis.
Antiquum cantum ſi vis perpendere tantum.
Curſus preſcriptos noſcas variare modernos.
Scandentes curſum deſcendenteſqꝫ deorſum.
Nunc ad velle ſuum cantum dictando modernum.
Quiſ cantus totus ⁊ anormalus eſt vocitandus.
Quando preſcriptas fert tranſcendere metas.

Sequitur pars principalis huiꝰ capituli: In qua autor tractat de tonis quo ad claues: in quibꝫ cantus ipoꝝ finit. Et diuidit hec ꝑs in duas In prima ꝑte facit autor qꝺ dictum

eſt claues ſcz tonoꝝ oñdẽdo. In ſecunda pte ex his dict's
ſubiungit formulas diuerſoꝝ tonoꝝ. Secũda ps ibi. Au
tenti de fine. Prima ps adhuc diuidit in quatuor ptes ſm
ꝙ ſunt q̃tuor claues tonoꝝ finales. Scd̃a ps ibi (Fertela
mi) Tercia ps ibi (Ffaut hinc quintum) Quarta ps ibi.
(Septimus octauus) E ¶ Ad cognitionẽ partium no
ta quatuor ꝙ primus ⁊ ſcd̃s tonus q̃ ad oẽm cantũ ſuũ taz
antiphonarũ q̃z reſponſorioꝝ ⁊ introituũ ⁊ alioꝝ cantuuz
finiunt in dſolre. Aliqñ etiã. ſed raro finiunt in alamire p
cantũ b durũ. Tercius ⁊ quart⁹ tonus finiunt i elami. In-
terdũ etiã licet raro finiunt in bfabmi p cantũ bdurũ. Qui
tus ꝟo ⁊ ſextus tonus cõmuniter ⁊ naturalr finiunt in ffa-
ut in linea. Aliqñ tamẽ ſed raro finiunt in cſolfaut quando
cantus bmollis infra i manu nõ poterit rite neumari. Se-
ptimus ꝟo ⁊ octauus tonus ſemp finẽ faciunt in gſolreut.
(Autenti de fine toni) ⁊c F ¶ Ex predictis ſubiungit au
ctor formulas tonoꝝ. Dicens ꝙ autenti toni infra claues
ſuas deſcendere pñt ad proximas voces. Aſcendere ꝟo ad
voces octauas exemplũ ſume de primo tono. qui finit regu
lariter in dſolre. Hic poteſt in principio ſui cantus i medio
ſeu circa finem vbi placuerit. deſcendere ex ſui natura in C
faut ⁊ aſcendere ad octauam vocem ſui finalis vicz ad dla-
ſolre. Quando ꝟo finit in alamire hoc ibi intellige de ſuo
aſcenſu ⁊ deſcenſu infra finalẽ ad vnam vocem. Hoc idem
etiam debes ſentire de ſingulis tonis autentis quo ad cla-
ues ſuas finales in aſcenſu et deſcenſu. Quintus tamẽ to-
nus ꝓpter ſemitoniũ impfectionẽ raro requirit infra ſuuz fi-
nalem videlicet ffaut vnam vocem. Sed plures ex licentia
aut vnam aut nullam vt infra plenius patebit. G ¶ Pla
gales ꝟo toni infra claues ſuas finales regulariter ⁊ natu-
raliter poſſunt deſcendere ad dyateſſeron ſiue ad q̃rtã vocẽ
Aſcẽdere ꝟo ad q̃ntas voces ſiue ad dyapẽte ita tñ: ꝙ fina
lis vox ipi⁹ clauis aſcẽdẽdo ſeu deſcẽdẽdo p pma cõputetur
voce. Exemplum ſume de ſecundo tono qui eſt plagalis p
mi. Hic finitur in dlaſolre ſicut ſuus autentus vt dictum

# Capitulum quartum

eſt. Hic poteſt regulariter ſeu naturaliter deſcendere ad are
ex licentia ad g grecum. aſcendere ṽo ad alamire. Vnd̄ no
ta hic diligenter ꝙ tam autenti toni q̄ȝ plagales. q̄uis habe
ant naturalē curſum vt dictū eſt in qua vt frequenter cur-
runt. ꝑmittitur tamē ex licentia ꝙ quilibet ipſoꝝ infra ſe et
ſupra ſe aſſumat ſibi vnam vocem ꝛ ex laſciuia interdum
duas voces. ita vt primus deſcendere queat ad bmi ꝛ ſupra
aſcendere ad elami in linea. Et ſecūdus ex licentia ad g gre
cum vicȝ Γut deſcendere: ꝛ ad bfabmi aſcendere. Prete
rea ex laſciuia cantus: vt dictum eſt: parcit tam autentis q̄ȝ
plagalib9 tonis vt adhuc ſupra ſe ꝛ infra: interdum non ſe-
pius aſſumere queant vnam vocem. Sicut em̄ pueris par
citur ꝑ licentiam ipſis datam exeūdi ſcolas ad tempus. Et
ſi interdum. raro tamen. ex ſui laſciuia pauliſper excedunt
diſſimulantur. Sic ꝑ ſimilitudinē in cantu nunc ꝑ licenti-
am nunc ꝑ laſciuiam plura diſſimulant: ita tamen ꝙ iſta la
ſciuia in eodem cantu raro fiat. Hic nota ꝙ de hui9
modi laſciuijs eo ꝙ raro fiunt regule generales non dant.
ſed de his tantū que ſunt cōmunia. Regula em̄ eſt vniuſcu-
iuſq̄ȝ artis cōmune mandatum. Inſuꝑ ſcire debes ꝙ mo
derni cantores in ſui cantus carmine ſeu dictamine freq̄n
ter tranſgrediūtur regulas antiquoꝝ preſcriptas aſcenden
tes ꝛ deſcendentes in cantu ſuo ſicut placet. Vnde licet ip-
ſorum cantus: quo ad predictas regulas ab antiquis com-
muniter traditas ꝛ obſeruatas quo quilibet autentus infra
ſuam finalem clauem deſcendere poteſt ad vnam vocem et
ſupra octauam ad vnam aſcendere ꝛ plagalis quilibet infra
finalem deſcendere ad dyateſſeron ꝛ aſcendere ad dyapen-
te dicatur irregularis: quando dictas metas excedit: nō ta-
men in ſe irregularis cenſet. quia debitam formam modo-
rum. quibus cantus ꝯtexit vt preſcriptum eſt in preceden-
ti capitulo obſeruare vident ꝙ patet in vario cantu q̄ȝ mo-
derni concinunt ꝛ decantando dictant: Preterea ſci
re debes ꝙ primus ꝛ ſecundus tonus finire poſſent in are
Si vſus ꝛ conſuetudo ad hoc accederent: Et tercius cum

quarto in bmi: et quintus cum ſexto in Cfaut. Jta ꝙ totaliter eadem conſonātia cantus pſiſteret ꝛ permaneret ſicut in dſolre elami ꝛ ffaut quo ad eoſdē tonos. Sed qꝛ hoc raro fieri poſſet ꝛ non ſemꝑ ideo per artem tradite ſunt regule et claues finales cuiuſlibet toni generales. ¶ (Sepiꝰ ad quartam) Dicit autoꝛ ꝙ cantus pꝛimi ꝛ quinti tonoꝝ ex ſui laſciuia infra clauem finalē ſepius deſcendūt ad quartā vocem vt patet ſupꝛa in alleluia (Spōſa dei ſpecioſa margaretha) et in reſpōſoꝛijs de ſancta anna (mel et lac) ꝛ in dedicatione eccleſie in reſpōſoꝛio. Bn̄dic dn̄e. ꝛ in ꝗ̄pluribus alijs cantibus R ¶ Nota etiam ꝙ plura reſpōſoꝛia ꝑmixtos hn̄t tonos / ſcilicet quintum ꝛ ſextum que tamē frequēter quinto tono attribuūtur in quibus etiam frequenter fit deſcenſus infra finalem ad quartam vocem Sicut patet in purificatione virginis marie: in reſponſoꝛijs. Reſpōſum accepit ſimeon Suſcipiens ihesum in vlnas. Et cum hoc reſponſoria habent pꝛincipia ſexti toni quia incipiunt in dſolre: idē intellige de alijs tonis. De pꝛimo tono ſume exemplū in antiphona. Salue regina. que ſecundū plures deſcendit ad Are ꝛ in reſpōſoꝛio. Filie iheruſalem qđ ſimiliter tranſit ad Are: ꝛ ſecundū aliquos ad gamaut. Et idem patet in antiphona. Ecce tu pulcra. ꝛ ſic de alijs cantibus in tali claue.

Claues ſecloꝛum per amen poſt diſce tonoꝛum

Clauibus in grauibꝫ cum finē dat tibi cantus.

Pꝛimi quart ſecloꝛum: ſext a dat amen tibi paruum.

Introitus noꝛma ſed ſextus tollit ab iſta.

Semper ſecloꝛum dat amen grauis f tibi quoꝛum.

Hec dat amen ꝗꝫ toni ſecloꝛum quodꝗꝫ ſecundi.

# Capitulum quartum

Terni quint ſeclorum ſimul oc c' dat tibi paruum.

Prefert ſeclorum ſeptem d tibi paruum.

Dãqꝫ tonis ſurſum ſeclorum quiſlibet aptum.

Hos cum finitos per cantus cernis acutos.

Hec breuiter poteris cum neuma diſcere ſi vis.

Iſtinc ſubſcripta: que lucidat omnia dicta.

Et que cunctorum ſpecies dat ſcire tonorum.

Nam ſub ſe ſpecies retinere tonos ſcio plures.
¶ Sequitur tercia pars principalis huius capituli quarti
In qua autor tractat de clauibus quibus ſeculorum amē
tonorum adaptantur quedam incidentia interſerendo. Et
diuiditur hec in duas. In prima parte facit autor quod di
ctum eſt. In ſecunda parte ea que dixit per demonſtratio-
nem cantus ſubiungit. Secunda pars ibi. Primum que-
rite. Adhuc prima pars diuiditur in duas. In prima ſpe
seculoꝝ amen: cunctorũ tonorum clauibus ſpecialibus ad
hoc deputatis adaptat. In ſecũda parte et huiuſmodi di-
ctis ſpeciales differentias tonorum ſubinfert. Secunda
pars ibi. Primus habet ſub ſe. ¶ In prima parte dicit autor
ꝙ ſeculorum amen primi/quarti/⁊ ſexti toni adaptantur a
acuto.i.alamire. Sed ſeculorum amen ſecũdi toni adaptã
tur F graue.i.ffaut in linea. Tercij vero ⁊ quinti ⁊ octaui
toni ſeculorum amen adaptantur ad cſolfaut. Sed ſeculo
rum amen ſeptimi toni adaptantur dlaſolre. Et hoc intelli-
ge quando predictorum tonorũ cãtus in grauibus clauib⁹
finit: q⁊ qñ primus tonus finit in alamire tũc ſuũ ſeculorũ
amẽ adaptat elami in linea. Siſr qñ ſextus tonus finitur
in cſolfaut ſuũ ſeculoꝝ amẽ: ſiſr elami in linea adaptatur.

¶ Hic nota ꝙ alamire b fa b mi ⁊ csolfaut vocantur claues aſ finales ſuarū infra quintarū/ſcȝ dſolre elami et ffaut: quia in eleuatione ⁊ depreſſione concordant cum clauibꝫ eiſdem que claues dicuntur naturales finales. Septimus autē et octauus tonus ſupra in quinta ſua ſcȝ dlaſolre vocem aſſumere non valēt finalem: ergo nūꝙ̄ ſurſum finiūtur nec ſuū ſeculoꝝ amen vnquā variatur. Etiam notandū ꝙ ſeculoꝝ amen diuerſoꝝ tonorum variantur in fine ſecundum varias ſuas differentias de quibus poſtea patebit.

Primus habet ſub ſe ſpecies ſicut lego quinqꝫ.
Alter habet nullam. ternus ſub dit ſibi ternam
Quatuor et quartus: vnam quintus quoqꝫ ſextus.
Septime bis binas. octaue totqꝫ ſuperaddes.
Hecqꝫ per exempla cognoſces hic tibi ſcripta.
Primus vt ecce leua: ductus: volo: lazare: ſalue.
Poſtqꝫ conſurge: tibi conſociabo ſecunde.
Fauus dat terne: ciues: ſalua: quoniamqꝫ:
Quarta tota: ſecus: benedicta: tulit: dabo factus
Fons: omnis: quintus. ſextus lupus: et benedictus.
Septimus: ipſe preibit: ex: ſcimus: ſtella: tu es qui
Octauus gaude: filii: prius: egoqꝫ nos qui.
Dicta ſed extrema ſpecies tibi ſcit peregrina.

# Capitulum quartum

Pſalmorum quoqꝫ dictis tonis ſuperadde.
Infra per varias tibi formas ordine iunctas.
Hij verſus clare tibi dant pſalmos reſonare.
Ut re mi primus tonus vſurpat quoqꝫ ſextus.
Tertius/octauus: vt re fa datqꝫ ſecundus.
Per varias claues vt re fa ſed ſuperaddes.
¶ Cfaut et tales gſolreut accipe claues.
Lala ſol quartus vt mi ſol dat tibi quintus.
Soſol fa ſol la ſeptimo ſunt ſociata
¶ Magnificat pſalmus iungatur et hinc benedictus.
Quos diuerſorum mutabit forma tonorum.
Primus cum terno ſextoqꝫ tono ſociato
Trudenti ni ne voces cupiunt ſociare.
Septimus octauus ſi dict quartuſqꝫ ſecundus.
Septenum ni ne cupiunt aliqui releuare.
Per dictas quintum voces fert virgula ſurſum.
Ut tibi ſubſcriptus plene dat noſcere cantus.

¶ Hic autor ex p̄dictiſ ſubiūgit ſpeciales tonoꝝ dr̃as. Et diuidit̃ hec ps in quatuor. ¶ In pria pte autor dr̃as tonorũ

annumerat. In ſecunda parte illas per exempla demon-
ſtrat. In tercia parte variam pſalmorum melodiam ex his
dictis ſubinfert. In quarta parte cuiuſlibet cantus octo to-
norum neuma finales et principia magis vſitata per ordi-
nem annectit: cantus videlicet qui in grauibus finalibus
finitur. Secunda pars ibi. Primus vt ecce. Tercia pars
ibi. Pſalmorum quinq;. Quarta pars ibi. Neumas fina-
les. Textus non indiget multa declaratōe quia planus eſt
erit tamē planior poſtmodū per cantus demonſtrationem
quicq̄ em̄ in textu ponit̄ oportet neceſſario vt per demōſtra-
tionē cantus. Si textus debeat intelligi. lucide declaretur
¶ Hij verſus clare ꝛc. ¶ Hic ſubiungit autor melo-
diam pſalmoꝝ dicens ꝙ pſalmi primi et ſexti toni incipiūt
in ffaut per cantū bmollē per has voces vt re mi. ¶ Pſalmi
vero tercij et octaui toni incipiūt in gſolreut per has voces
vt re fa. Pſalmi vero ſecundi toni in Cfaut per eaſdem vo-
ces vt re fa. Sed pſalmi quarti in alamire. Quīti in ffaut
Pſalmi vero ſeptimi toni in dlaſolre vt infra lucidi⁹ demō-
ſtrabitur per cantū ſingulorū tonorum. Subiūgit deinde
autor in littera ꝙ melodia in magnificat: ꝛ benedictus: eti-
am eſt diuerſa ſecundum diuerſos tonos vt etiam infra pa-
tebit.

Neumas finales communes octo tonorum.

Per varias ſpecies iſtinc ex ordine diſcas

Principium varium. ſed primo diſce tonorum

Pſallere quando chorum bene cantum gliſcis eorum.

Bis duo principia dat primus: totq; ſecundus.

A C D iungis F: a ſed in his variabis.

# Capitulum quartum

a modicum primis: A groſſum datqꝫ ſecundus.
Gamaut ac elami cantum dant raro ſecundi.
Rarius hinc elami cantum primat tibi primi.
¶ Sepius E G c dat ternus rarius F qꝫ.
Ordine C D et E F G quarto dabo quinqꝫ
a modicumqꝫ tono raro quarto ſociabo.
F dat principium quinto ſimul a c acutum.
G raroqꝫ tono poteris coniungere quinto
C D principia dat et F ſextus tibi terna.
G ſimul a b c d wlt ſeptimus aſſociare.
C D E F G dabit vltimus addit et a c.
Raro principia reperis communia plura
Quãuis ſint plura tamen hec non ordine iuncta
Clauibus in grauibus cum finem dat tibi cantus.
Clarius exemplis ſubſcriptis iſta videbis.

¶ Hec pars poſſet diuidi in plures partes ſcd̄m plures to nos vult tamẽ autor ſic dicere. Octo neume finales genera les octo tonoꝝ ſunt poſt predicta dicende: ſed tñ prius ſcieñ da ſunt principia cantus cuiuſlibet toni que ſunt diuerſa ſe cundũ diuerſos tonos. A ¶ (Bis duo principia ꝛc) Dicit autor ꝙ primus tonus quo ad inceptionẽ ſui cãtus

# De tonis

quatuoꝛ habet pꝛincipia magis vſitata ſcʒ C D F G gra-
ues ⁊ a acutã C vt in anaiphona. Duct⁹ eſt iheſus. D vt in
antiphona: Ecce nomẽ dñi: F vt in antiphona: volo pater.
et in antiphona: Lazarus. In ſa vt in antiphona: Salue
regina. Inueniť etiam in E graui incipere vt in reſpõſorio:
Ego te tuli. ¶ Secundus tonus ſimiliter habet quatuoꝛ
pꝛicipia magis vſitata/ ſcʒ A C D ⁊ F graues A vt offer-
toriũ: Ad te dñe leuaui. C vt in antiphona: Nõne coꝛ nr̃m
In D vt in antiphona: Ecce in nubibꝫ celi. In F vt in an-
tiphõa: Quẽ vidiſti. In g greco/ ſcʒ in gamaut etiã incipiť
cãtus ſecũdi toni ſed raro vt in reſpõſorio: Educ de carcere
Similiter in E graui vt in antiphõa: Ecce maria: Quã tñ
quidã et cõmunius in F faut incipiũť. Reperiť etiã incipi
in b inferioris ſinomẽ ſeu bmolli vt in graduali: Saluũ
fac ſeruũ. ¶ Tercius ton⁹ habet pꝛicipia tria magis vſita-
ta E G graues ⁊ c acutam ⁊ raro f graue E vt in antiphõa
Quando natus eſt: F vt introit⁹: Nunc ſcio vere: G vt in
antiphona: Fac benigne. c vt in antiphõa: Viuo ego. ⁊ ãti
phona: Unũ opus. ¶ Quartus tonus quinqꝫ hẽt pꝛincipia
C D E F G. C vt in antiphõa: Bethlẽ. D vt in antiphõa:
Benedicta tu. E vt in anthia: Fidelia. F vt in antiphona:
Sciẽs qꝛ. G vt ãtip. O mors. ¶ Quĩtus ton⁹ hꝫ tria
pꝛicipia F graue a ⁊ c acuta F vt ãtiphõa: Alma redẽptoꝝ
⁊ in ãtip. Oĩs vallis. In a vt in antiphõa: Fons oꝛtoꝝ. c
vt in ãtiphõa: Eleuamini. ⁊ in ãtip. In ſole poſuit. G raro
vt cõmunio. Nõ vos relinquã. ¶ Sext⁹ ton⁹ tria hꝫ pꝛinci-
pia C D F. C vt all'a Vox exultatiõis. D vt ãtip. Si ego
ver⁹. F vt ãtip. Nõ turbeť. Raro in G vt ãtip. Neſciẽs mr̃
ſpgo. Hꝫ rari⁹ in bmolli vt cõio. Redime me. ¶ Septim⁹
qnqꝫ hꝫ pꝛincipia G grauẽ a b c d. G vt in ãtip. Aſſũpta eſt
a vt in ãtip. Iꝑe pibit. b vt ãtiphõa. Sit nomẽ. ¶ Octau⁹
ſeptẽ hꝫ pꝛincipia C. D E F G graues ⁊ a c acutas. C vt
anthia. Stabunt iuſti. D vt ãthia: Dixit dñs mulieri. E vt
anthia: Hoꝛa eſt. F vt anthia. Magi videtes. G vt anthia
Dũ oꝛt⁹. a vt anthia: Scitore. c vt anthia: In eternũ.

# Capitulum quartum

¶ In iſta parte autoꝛ ea que ſupꝛa dicta ſunt de tonis per
demonſtrationē cantus declarat. Et diuiditur hec pars in
tres partes. In pꝛima parte tractat de tonis quo ad ſeculo-
rum amen antiphonarū ⁊ melodiam pſalmoꝝ cum quibuſ-
dam alijs incidentibus. In ſecunda parte tractat de tonis
quo ad verſus ⁊ gl'a pt̄i reſponſorioꝝ. In tercia parte tra-
ctat de tonis quo ad verſus introituū. Secunda pars ibi:
Verſus cantare. Tercia pars ibi Quos dant introitus.
Adhuc pꝛima pars diuidit̄ in octo partes ſecundū numeꝝ
octo tonoꝝ. Secundo pars ibi: Secundū aūt ſiīe eſt huic
relique vero partes patebunt per oꝛdinem. Adhuc pꝛima
pars ſicut et quelibet alia partiū. diuiditur in quatuoꝛ ptes
P ¶ In pꝛima parte pꝛemittit autoꝛ notam ſeu neumam
quandā finalē ⁊ generalem cuiuſlibet antiphone. pꝛimi to-
ni in fine applicabilem. per quā etiam neumā finalem can-
tus pꝛimi toni diſcernitur ab alijs cantibus. ¶ In ſecun-
da parte formulam pꝛimi toni tamen pꝛincipijs ſuis vſita-
tis que et pꝛius per metrum poſuit: ſubiungit. ¶ In tercia
parte ſpeciales regulas ſeu notabilia ſpecialia de inceptiōe
pꝛimi toni tam pꝛincipalis q̄ differentiarū ſuarū ſecundū
pꝛius poſita annectit. ¶ In quarta parte melodiā pſalmo-
rum pꝛimi toni ſubinfert. Partes patebunt per oꝛdinem ⁊
ſatis plane ſunt. Si diligenter inſpiciātur inceptiones an-
tiphonarū ⁊ ſpeciales inceptiones ſeculoꝝ amen non ſolū
in hoc pꝛimo tono ſed etiam in ſequentibus tonis per oꝛdi-
nem. ¶ Per notam enim finalem generalem vnus tonus
diſcernit̄ ab alio. Sed per inceptiones antiphonaꝝ tam to-
ni pꝛincipales q̄ differentiales cognoſcuntur vt infra ſtu-
dioſo lectoꝛi patere poterit. Nota etiam ꝙ melodia pſalmo-
rum in fine ſecundum varias differentias variatur.



E Pꝛimum querite regnum dei

N ¶ Nota q᷑ cuicunq̃ cantui ſeu antiphone nota finalis ſcripta ſup. Primũ querite regnũ dei. eſt apte et debite applicabilis: primi toni fore cenſetur. Formula autẽ primi toni hec eſt. C D E F G a b c d e f g. Dr̃ autẽ formula a formãdo quia claues tam in formula primi toni q̃ etiam in formula ſequentiũ tonoꝝ poſite ſeu ponẽde: dant formã regularem cuilibet tono ſeu cantui cuiuſlibet toni q2 inter eaſdẽ claues quilibet cantus tonoꝝ regulariter currit. Et ſi ſeptꝰ eaſdem claues excedit dicit᷑ fore irregularis quo ad eũdem tonũ. non tamẽ eſt neceſſariũ ex hoc q᷑ quilibet cãtus octo tonoꝝ oĩes claues que in forma ipſius ponunt᷑ plene percurrat. Plures enim cantus videmus vix quinq̃ vel quatuor claues percurrere ꝛ q2 eidẽ cantui ſufficiũt. Ideo nõ eſt opus plures claues pcurrere. ¶ Principia primi toni communia ꝛ magis vſitata ſunt quatuor. C D F graues ꝛ a minuta. Minus vero cõmunia E grauis vt patet in reſponſorio. Ego te tuli. ꝛ G grauis: in qua antiq̃ incipiebãt antiphonã. Tecum principiũ. ꝛ quaſdã alias ꝯſimiles vt. Canite tuba. ꝛc̃. Quas moderni incipiunt in F graui. R ¶ Nota etiã q᷑ antiphone que in ipſa, d finali incipiũt ꝛ nõ ſubito ad diapente aſcendunt ꝛ que ſupra a finali in f per ſemidytonũ incipiũt deſcendẽtes per diateſſeron ad C faut licet etiam deinde ad diapente ꝯſurgant ad principale ſeculoꝝ amen primi toni pertinere debebũt vt patebit infra in ſubſcriptis exẽplis. ¶ Nota etiã q᷑ quidã vltro ſuis prauis vocibus quoſdã cãtus a ſuo regulari curſu diſtorquent vt pute iſtas antiphonas. Quid retribuã. Cũ induceret. Cũ audiſſet iob. ꝛ ꝯſimiles. Cum enĩ iſte antiphone ſint protbi i. primi toni: et leuiter incipiende ipſi eas acriter incipiũt et extollũt. itaq̃ cũ iſtis ꝯueniũt in pricipio. qñ natus eſt Qu i de terra. ꝛ ceteris ſilib9. Nec mirũ de pricipijs cũ etiã fines ꝯueniãt. Quidã etiã has ãtiphonas. O paſtor eterne: ꝛ ſi offers mun9 tuũ. cũ ꝯſilib9 ſcõe dĩe ob merã vocẽ quiliſmat᷑ aſcribere maluerũt quib9 tñ nõ eſt ꝯſentiendũ cũ ſub pricipali tono debeãt collocari. Quiliſma autẽ eſt nota duplicem

# Capitulum quartum

vocem inceptionis clauis ſeruans. ¶ Sequitur de
differētijs. Vñ nota ꝙ oēs iſte antiphone que in ipſa claui
finali D ſeu tono infra finalē videlicet in C incipiūt ⁊ a dia
pente feſtinādo currūt ad primā differentiā pertinebūt Si
autem in ipſa finali D incipiūt ⁊ ſubito a diapēte non cōſur
gunt ſub principali tono. vt ſupra dictū eſt collocabuntur.
Omnes autem antiphone que infra finalem D incipiunt
videlicet in C ⁊ ad diapente feſtinantes non currūt ſecunde
ſunt differētie. Quidam tamen minus ſapiētes antiphonā
Poſtulaui patrem meū. ⁊ antiphonā. Iſte puer magnus.
ad quartum tonum retorquere conabantur eo ꝙ in prin
cipio cum aliquib⁹ antiphonis quarti toni ɔcordare videt
Decepti etiam ɔſimilib⁹ cantuū principijs. Nota etiam ꝙ
hec antiphona O beatum pontificē cum in principio ⁊ in fi
ne eſſet ſecundi toni propter eius tm̄ eleuationē. O marti
ne. a domino otone vt ſcribitur in dialogo muſice curioſe eſt
emendata ⁊ ſub hac differētia collocata ¶ Omnes vero an
tiphone que poſt euouae in f graue incipiunt ⁊ ad finalem
D per ſemitoniū ⁊ tonum ſe precipitauerint. Tercie erunt
differentie ¶ Omnes autē antiphone que in eadem f gra
ui incipiunt ⁊ per tonū ⁊ tonū ad a acutam aſcenderint et
circumflectuntur vel ſine circunflectione vlteri⁹ aſcēderint
ſeu moram in a acuta fecerint quarte ſunt differentie.
Omnes vero antiphone primi toni in F graui incipiētes
⁊ immediate per ditonum ad a acutam aſcendentes ⁊ dein
de per totum deſcendentes. Et omnes antiphone in a acu
ta incipientes quinte erunt differentie vt infra lucidius pa
tebit per exempla.

¶ Principale euouae primi toni.




Quid retribuam
Cum inducerent
Cum au
diſſet iob
O paſtor eterne
O paſtor eterne
hec eſt inceptio ſecūde dr̄e
Si offers ipſi ſoli
quiliſma
Si offers ipſi ſoli
hec inchoatiio ſecūde eſt dr̄e
Prīa dif ferentia.
Euouae
Leua iheruſalem
Cum autem
Mulieres
Euouae ſcd̄e dr̄e
Ductus eſt
Iſte puer
O beatum pont ificem
Poſtulaui patrem




tercie differentie




quarte differentie










¶ Sequitur intonatio pſalmorum minorum ſecundum antiquos.

# Intonatio pſalmoꝝ minorum ſm̃ antiquos.










Secundum modernos.




Secundum moderniores




Intonatio pſalmorũ maiorum.



# Capitulum quartum






T Sequitur de ſecundo tono. ¶ Circa cuius principium nota ꝙ cuicunqꝫ cantui preſcripta nota finalis debite eſt applicabilis iſte iudicatur fore ſecundi toni. Eſt autem hec formula ſecundi toni Γ A B C D E F G a b Sicut enim quilibet autentus a ſua finali claue recepit ſuper ſe diapente et poſtea diateſſeron vt primus tonus a dſolre ad alamire requiritur diapēte et deinde ab alamire vſqꝫ ad dlaſolre octauam finalis requirit diateſſeron. aſſumens tamen infra et ſupra vnam vocem ſi opus fuerit. Sic etiā quilibet plagalis regulariter infra ſuam finalem clauem requirere poteſt diateſſeron et ſupra diapente. vt patet in ſecundo tono qui a ſua finali claue D requirit diateſſeron ad Are et ſupra diapente alamire: aſſumens infra et ſupra vnam vocem regulariter ſi fuerit neceſſe. ¶ Finit autem ſecundus tonus quod ſepius dictum eſt

in Dſolre. Sicut primus ſuus autentus. ¶ Principia vo
ſecundi toni vſitata ſunt quatuor / ſcilicet A C D et F
graues. ¶ Inuenitur etiam principium habere in g gre-
co vt in reſponſorio. Educ de carcere. et in E graui vt ali-
qui incipiunt antiphonam. Ecce maria. ¶ Nota etiam
ꝙ aliqui ſunt cantus qui ad gamaut et etiam ad primum
a non remittuntur. nec etiam ad decimam c neqꝫ et ad vn-
decimam d non eleuātur de quibus dubium eſt an primi
vel ſecundi ſint toni de quib⁹ eſt iſta diſcretio. Si ad octa-
uam a et ad primam nonam b b non aſcendunt certiſſime
ſunt de ſecundo tono: cum autem octaue a et vtraqꝫ nona
b vtriuſqꝫ toni communes ad quaſdam cantus aſcenderit
Si diu in eis permaneat ſine tercio aut quarto eas reper-
cuciat primi erit toni. ¶ Si autem in inferioribus incipiet
et ſecundum q̄titatem antiphone vel alterius cantus rariſ-
ſime ad illas aſcendat ſecundi erit toni vt antiphona. Cir-
cundantes circū dederunt. et plures alij cantus conſimiles
qui frequēter occurrūt

¶ Sequitur Euouae ſecundi toni. f



Euouae Conſurge



¶ Poſt quā domi In ſpiritu humilitatis Fidelis ſmo



¶ Genuit puerpera regem Ante luciferum genitus

# Capitulum quartum




¶ Intonatio ſecundi toni pſalmoꝝ minoꝝ ſecundum antiquos.










¶ Secūdū modnos




¶ Aliter ſm modernos.



Intonatio pſalmorum maiorum.



Magnificat anima mea dominum



¶ Benedictus dominus deus iſrahel quia viſita-



Sequitur de tercio tono.

uit et fecit redemptionem plebis ſue.



¶ Tercia dies eſt ꝙ hec facta ſunt



Euouae ptz ad fau⁹ diſ.
Principale tercij toni.

¶ De tercio tono qui apud grecos deutros dicitur. Et finitur in E graui ſiue in elami in ſpacio aſcenſum habens ad ſuum diapaſon: videlicet ad

e acutam. aſſumens ſi opus fuerit vltra vnam vocem; ſeu
cordam cuius euouae in C acuta incipit. Formula eius eſt
D E F G a b b c d e f ¶ Prima tercij toni magis vſitata
ſunt tria / ſcilicet E ⁊ G graues et c acuta. Similiter F gra
ue ſed raro. Etiam aliquando b drū ſed rariſſime. De eius
finali nota ſ̄ ſcripta ſunt. idē intellige et de alijs notis ſeu
neumis generalibus finalibus. ¶ Principale euouae nul⸗
las recipit antiphonas niſi illas que in ipſa finali claue / vi
delicet elami incipiunt ſiue aſcendant ab eo ſemitonio aut
ſemidytono ſiue deſcendant ab eo tono vt infra patebit.
¶ Prima differentia recipit illas antiphonas que in G in⸗
cipiunt et in nota vnius ſillabe et feſtinanter recurrunt ad
c acutam; ſeu que in ipſa c incipiunt et aliquātulum morā⸗
tur in ea antequā deſcendāt et poſtq̄ȝ deſcenderint iterum
eam repercutiunt. ¶ Secunda differentia recipit illas an⸗
tiphonas que in G graui incipiunt et paulatim ad c acutā
aſcendunt. ¶ Tercia differentia recipit illas antiphonas
que in G graui incipiunt tono aſcendentes / videlicet in a:
ibiq̄ȝ iterato altius per ſemidytonum aſcendunt vt infra
patebit.






# De tonis

**Prima orā.**










**Secūda orā.**







**Ter. orā.**



# Capitulum quartum



Intonatio tercij toni pſalmoꝝ minoꝝ ſecundū antiquos.

Dia quecūqꝫ. Dñe probaſti.



Terciū ſuſpēde in medio ſed in fine precipita.



Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis.

Scdm̄ modernos



Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis.

Intonatio maiorum pſalmoꝝ.



Magnificat anima mea dominum.



Benedictus dñs deus iſrabel quia viſita




¶ Sequitur iubilius quarti toni




## X ¶ Sequitur de quarto

tono qui dicitur plagalis deutri ſiue deutrij.i. tercij et finit
in elami ſicut ſuus autentus cuius euouae alamire adapta
tur Aſcendit autem ſurſum ad diapente et infra ad diateſſe
ron ſicut quilibet alter plagalis ſeu diſcipulus naturaliter
recipiens infra et ſupra vnam vocem ex licentia cum opus
fuerit in ſuo cantu vt ſupra dictum eſt. ¶ Cuicūq3 autem
cātui neuma finalis preſcripta in fine appte aplicatur quar
ti cenſetur fore toni. ¶ Formula ipſius hec eſt A B C D
E F G a b b c ¶ Principia quarti toni vſitata ſūt quinq3:
C D E F G graues.quidam addunt a acutam. Sed
in ſola antiphona. Niſi diligerent. Diſcernitur autem quar
tus tonus a tercio taliter:quia quartus tonus habet primā
A ſecundam B et terciam C naturaliter quas non hab3
tercius. Et tercius vndecimam D duodecimam e et ter-
ciamdecimam f ex licentia:quas non habet quartus. Vn̄
ſi aliquis cantus nec predictas voces ſeu claues tercij om
nes:nec illas quarti:ſed decimam c attingat Ad ſecun-

# Capitulum quartum

dam vel nonam b amplius diligat tercij erit toni. Alias in quarto ponentur. ſi eius formula differentias imitetur.
¶ Principale euouae quarti toni requirit antiphonas in ipſa finali E inchoantes. Si per ſemidytonum ſubita nõ aſcendant ſeu a finali ſemitonio ſupra/ ſcilicet in f vel in g inchoantes. Si per ſemidytonum ſubito ad finalem deſcendant vt patet infra per exempla. ¶ Prima differentia recipit illas antiphonas que infra finalem tono incipiunt. ſcilicet in D graui et gradatim aſcendunt. ¶ Secunda differentia reſpicit illas antiphonas que in D graui incipiunt/ſcilicet tono infra finalem et immediate tono et ſemiditono ſurgunt. ¶ Tercia differentia reſpectum habet ad illas antiphonas que infra finalem dytono/videlicet in C graui incipiunt. ¶ Quarta vero differentia requirit illas antiphonas que in ipſa finali E incipiunt et immediate p ſemidytonum aſcendunt et que in B graui incipiũt et tono aſcendunt vt patet per exempla.



¶ Euouae Tota pulcra Poſt partum ṽgo Scientes
principale quarti toni



quia hora eſt Te inuocamus Nos ſcientes

 

¶ Prima differen-tia.



Euouae Secus decurſus aq̄ꝝ Media vita



Symon bariona Innuebant Rubū quem viderat

Sed hec prima differētia apud moderenos cōprehenditur ſub tono: capitali minime tenet̄.

¶ Secunda differentia q̄ti toni.



Euouae Benedicta tu Ante thoꝝ.



Cōmendamꝰ noſmetipſos Sup̱ te hieruſalem.



Euouae tercie dr̄ē. Tulit ergo Bethlehem Domine



ſuſcipe me Leuita laurentius Ne reminiſceris

# Capitulum quartum



Euouae quarte Factus ſum Fidelia Ad te domine.

¶ differentie quarti toni



Ex egipto O mors Sion Ua de iam



## Seq̄r̄ tonatio

pſalmorun minorum ſecundū antiquos.

In prole mater



¶ Quartus tonus in primo gradatim aſcēdit ſed tandem



ab alto cadit Dixit dominus domi



no meo ſede adex tris meis


Scd̄m moder-nos.
Dixit dominus dñs meo ſede adex
tris meis meis meis meis meis
Intona. pſalmoꝝ maioꝝ.
Magnificat anima mea dominum
Aliter Magnificat anima mea dominum
Benedictus dominus deus iſrabel
quia viſitauit et ſecit redemptionem



plebis ſue vel Bn̄dictus dominus deus iſrahel



Quinqꝫ prudentes intrauerunt ad nuptias



## y Sequitur de quinto tono

Quintus tonus apud antiquos dictus eſt tritos ⁊ finit in
F graui/videlicet in ffaut in linea aſcendens ad ſuum dia
paſon ſeu ad ipſius octauam/ videlicet ad ffaut in ſpacio ⁊
tono ſupra per licentiam. Rariſſime infra finalem vnam
vocem recipiens propter ſemitonij imperfectionem. Sed
interdum per ſemidytonum ſeu diateſſeron ex laſciuia de/
ſcendit ad Cfaut Cuius euouae cſolfaut adaptatur. Cui/
cūqꝫ etiam cantui neuma finalis preſcripta rite eſt applica/
bilis cenſetur fore quinti toni. Formula autē quinti toni vſita/
eſt hec. F G a bb c d e f g. Principia quinti toni vſita/
ta ſunt tria. F grauis a ⁊ c acuta. Alia etiam principia mi/
nus vſitata interdum reperiuntur. Vnam tantum habet
differentiam que regit et reſpicit illas antiphonas que in
ipſa finali claue/videlicet ffaut incipiunt ſubito aſcendētes

Z ¶ Sed ſciendum eſt hic et diligenter notandum quod in cantibus huius toni et eius ſubiugalis b rotunda frequen- tius inuenitur poſita que ad f finalem diateſſeron reddit. Que conſonantia vt magiſter iohannes teſtatur maxime in cantu curato eſt neceſſaria. Unde ipſe dominus Guido qui poſt boetium huius artis tanquam neglecte obliuioni tra- dite reparator fuit: prefatam b cum quibuſdam alijs voci- bus ſupra in manu per claues duplicatas ſiue per alphabe- tum tercium duplicatum nullatenus in monocordo appo- ſuiſſet niſi valde fuiſſet neceſſaria.



Euouae  Fons ortorum  In conſpectu

¶ Principale quinti toni



¶ Exultabunt omnia ligna  In ſo le  poſuit



¶ Ex quo om nia  Ecce dominus veniet



Euouae  Omnis vallis

¶ Differentia quinti toni.

# Capitulum quartum



Al ma Nazareus

Sequit̃ intonatõ pſalmoꝝ minoꝝ q̃nti toni ſm antiq̃s.



Beneomni a Dẽs angeli



Quinti toni medietas ſecũdo ſimilis



ſed; in fine diſſimilis Dixit dominus



domino meo ſede a dextris meis

Secundũ modernos.



Dixit dominus domino meo



ſede a dextris meis meis

¶ Intonatio pſalmorum maiorum



¶ Magnificat anima mea dñm



¶ Benedictus dominus deus iſrahel quia viſitauit



Sequitur iubilus ſexti toni

et fecit redemptionem plebis ſue



Sexta ho ra ſedit ſuper puteum

## ¶ Sequitur de ſexto tono qui

dicitur plagalis ſeu diſcipulus triti ſeu quinti qui etiam finitur in f graui ſicut ſuus autentus cuius euouae alamire adaptatur: aſcendit autem ſextus tonus finali ſurſum ad diapente: infra vero finalem ad dyateſſeron, raro aſſumens

vtrobiq; vnam vocem. Cuius formula eſt hec: B C D E
F G a bb c d differt autem ſextus tonus a quinto. quia
quintus habet ex ſui natura ſurſum vndecimam d. duode
cimam e. et terciamdecimam f. quas non habet ſextus. Et
ſextus habet quartam D. terciam C. quas nō habet ex na-
tura quintus niſi fiat hoc interdum ex laſcivia cantus. ſed
non ex natura. Si igitur aliquis cantus non habet totã
eleuationem quinti toni nec totam diſpoſitionem ſexti. ¶
Sed c acutã ſeu d' iuxta quantitatē cantus ſepius reper
cuciat quinti erit toni. Si vero non aſcendat niſi ad primã
nonam b ſeu ad ſecundam nonam b ſexti erit toni. Prin
cipia huius toni magis vſitata ſunt duo/ſcilicet F et D gra
ves. ¶ Principale euouae huius toni regit illas antipho-
nas que in D graui incipiunt. Item regit illas antipho-
nas que in ipſa f finali incipiunt et deſcendunt vel ſubito
ad alamire aſcendunt. quia huiuſmodi antiphone que cum
mora aliqua in gſolreut ad alamire ſcandunt ſub differen-
tia collocantur. Item pricipale euouae regit illas antipho
nas que in c acuta incipiunt ꝛ ibidem finiuntur cum infra
in grauibus propter bmollem cantari nequeant ſicut anti-
phona (Aue regina celorum) et conſimiles. ¶ Nota etiam
ꝙ quidam antiphonam (Neſciens mater) in G graui inci
piunt et ſub principali collocant. Alij eandem antiphonã
in ipſa finali f incipiunt per vniſonum quibus conſentien-
dum eſt.

## ¶ Sequitur principale euo- uae ſexti toni.

# De tonis


Euouae
Lupus rapit
Puer ihesus
Si ego
Notum fecit dominus alleluia
Non turbetur
Aue regina celorum
Quã pulcra es
Nesciens mater
ꝯliſma
Nesciens mater virgo
Euouae
Differentia ſexti toni.
Benedictus
Benedixit
Eructauit
Reueꝰ

# Capitulum quartum



la dño Benedictus dñs deus iſrahel

¶ Intonatio pſalmorum minoꝝ ſecū-dū antiquos



¶ Sextus item primus imponit᷑ ſed a-



liter deponitur Dixit dñs dño meo ſe. adex. me

¶ Scdm moder-nos.



¶ Dixit dñs dño meo ſede a dex. meis.



Aliter. Dixit dñs dño meo ſede a dex tris meis

¶ Intonatio pſalmorum maiorum.



¶ Magnificat anima mea dominum.



¶ Benedictus dominus de us iſra hel quia



viſitauit et fecit redēptionem plebis ſue

¶ Sequitur neuma toni ſeptimi



¶ Septem ſunt ſpiritus ante thronmu dei



## ¶ Sequitur de ſeptimo tono

qui apud grecos thetrardus dicitur: hic finitur in g graui aſcendēs ſicut ceteri autenti ad ſuū diapaſon vnā vocē infra et ſupra ex licētia aliq̄ aſſumēs. Cuius euouae in d acuta incipit vel incipiunt. Cuiuſcunqꝫ autem cantui nota preſcripta finalis eſt. applicabilis apte et debite cenſetur fore ſeptimi toni. Formula autem ſeptimi toui hec eſt. F G a b c d e f g aa. ¶ Principia huius toni vſitata quinqꝫ ſūt G a b c d. ¶ Principalis tonus regit et reſpicit illas an-

# Capitulum quartum

tiphonas que in a acuta incipiunt. Regit etiam illas que
in b quadrata in bfa bmi incipiunt ⁊ per dytonum cadunt
¶ Prima differentia reſpicit illas antiphonas que in ipſa
finali g incipiunt et per interualla ad diapente conſurgũt.
¶ Secunda differentia reſpicit illas antiphonas que in
finali g incipiunt et ſine interuallo ad diapente conſurgũt.
Item recipit illas que in ipſa c incipiunt et ſine veloci de-
ſcenſu aſcendunt. ¶ Tercia differentia reſpicit ſeu regit il-
las antiphonas que in b quadrata in bfa bmi incipiunt ⁊
immediate aſcendunt. Item reſpicit illas antiphonas que
in c acuta incipiunt et per ſemitonium immediate remittũ-
tur. ¶ Quarta differentia reſpicit illas antiphonas que in
d acuta incipiunt. D ¶ Hic nota ꝙ quidam muſici anti-
phonam (Exortum eſt. Orante ſancto clemente. Helena cõ-
ſtantini mater) et cõſiles: Sub hac quarta differentia lo-
cauerunt eo ꝙ poſt primum aſcenſum ſuum ad d acutam
per ſemidytonum cadũt: ſicut plures antiphone huius dif-
ferentie que in d acuta incipiũt q̃uis potiꝰ ſub ſcꝑta differẽ-
tia debeant collocari. Utrum autem ſub quarta vel tercia
differentia collocentur non erit multa vis. Nota etiam ꝙ
due pſalmodie ſeptimi toni ſunt hic ſubſcripte: ſʒ prima ma-
gis eſt communis et vſitata hec omnia lucidius patebunt
per cantum ſubſcriptum.

¶ Principale euouae ſeptimitoni



E Euouae Ipſe preibit



Mirificauit Conſtitues eos Euouae

¶ Prima differentia

# De tonis


Extruxit Egregie martyr Cōfortatus est
In galilea Erūpent montes Descēdi Anima mea
Euouae Scim⁹ qm̄ Urbs fortitudinis
Secunda differentia
Angelus ad pastores Hele na Exortum est
Scio qꝛ iheium Lauda iheru salem
Euouae Stella ista Uisit dn̄s
Tercia differentia

# Capitulum quartum



¶ Benedic ta Clamauerunt Confortatus



¶ Euouae Tu es qui venturus
q̄rta dr̄a



¶ Non eſt hic aliud Ho mo Dñe libera



¶ Sit nomē domini Me ſuſcepit Caro mea



## Seq̄r intonatio pſalmorum minorum ſecundum antiquos

¶ Tu es petrus



¶ Septimus quartum in medio reſpicit ſed in


fine deſpicit Dixit dominus dño meo ſede
a dextris meis meis meis meis meis
Scdꝫ modꝰ
Dixit dñs domino meo ſede a dext. meis
Aliter. Dixit dominus dño meo ſede a dextris meis
Intonatio pſalmorum maiorum.
Magnificat anima mea dominum.
Benedictus dominus deus iſra hel quia

# Capitulum quartum



viſitauit et fecit redēptionē plebis ſue.

¶ Sequit̄ melodia pſalmoꝝ.



Septime ſed mediū' per plures tollis in altū



Dixit dominus domino vt ſupra.



Octo ſunt be a ti tu dines



E ¶ Sequitur de octauo tono qui dicitur plagalis thetrardi. i. ſeptimi et finit in g graui ſicut ſuus autentus aſcendens ſurſum ad diapente et infra ad diateſſeron ſumens vtrobiqꝫ vnam vocē ſi opus fuerit et ex hoc patet differentia inter ſeptimum ⁊ octauum quia ſeptimus aſcendit ad ſuum diapaſon ſupra finalem et

infra tonum ſi neceſſe fuerit. Octauus vero infra ad diateſ-
ſeron amittitur quapropter ſi aliquis cantus non habet to
tam remiſſionem octaui nec totam eleuationem ſeptimi ſi
infra finalem non deſcendat et ad diapente eleuatur cenſet
fore ſeptimi toni. Si e cōuerſo octaui toni. Formula ipſius
hec eſt C D E F g a b♮b c d et e ex licētia. Principia octa-
ui toni magis vſitata ſunt ſeptem. C D E F G a et c acute
adaptantur autem euouae eius cſolfaut. Principalis tonus
reſpicit quaſdā antiphonas in C graui incipientes. Aliqs
in D graui quaſdam in g et quaſdam in a acuta vt infra
per exempla. F Quidam vero minus ſapientes anti-
phonas in C et in D grauibus incipientes ſub prima loca
uerunt differentia Quidam etiam antiphonam (Claudus
quidam et Aſcendente ihesu in nauiculam) cum conſimili
bus ad tercium conabantur flectere tonū eo q in pricipio
quibuſdam antiphonis tercij toni ſunt conſimiles. Sed
tales iudicium aurium plus q̄ finale legitimam perpende
bant. quorum cantorum ſcurilitas magis eſt deridenda q̄
commendanda quia de tonorum ſeu modorum diſcretione
parum ſentit ſed id ſolum ſequitur q aliq̄litate cui⁹ res mu-
ere videtur ſicut caſtrimargie ſeruiunt per falſam enim dul
cedinem a vera ſobrietatis regula ſeducuntur. Prima diffe
rentia incipit illas ātiphonas octaui toni in E vel F graui-
bus incipientes vt patet infra per exempla. Secunda dif-
ferentia reſpicit illas antiphonas in c acuta incipientes et
ſubito per ſemitonium vel per ſemidytonum cadentes.
Tercia differentia reſpicit et regit antiphonas in c acuta
incipientes ſed priuſq̄ deſcendant ad alamire aſcendentes
Quarta vero differentia dicitur peregrina cuius differentie
antiphone ab antiquis ſub principali tono eo q in c graui
incipit collocabantur et ideo adhuc a q̄pluribus moder-
nis iſta differentia parum curatur. Dicitur autem peregri
na ideo quia rara in pſalmodia.

# Capitulum quartum



Seq̄r pria differētia



Pria dr̄a octaui toni Euouae Fili q̄d fecisti



Magi viden tes Anime impiorum



Pater abraham Ardēs em̄ Jocunda re



Euouae Priusq̄ȝ te formarem

Secunda differentia



Hoc est preceptum Ineternū De profūdis



Deo nostro Ite et vos Salue crux


Bene fundata eſt Euouae Tercia diff.rẽtia
Ego in altiſſi mis Euntes i bant
Cogi ta uerunt
Intonatio pſalmoꝝ minoꝝ ſcd̃m antiquos.
Octauus ſecundo reſpondens in medio
ſed tali te no re concluditur
Dixit dominus domino meo ſede a dex tris



meis meis meis a dextris meis

¶ Scdꝫ moder nos



¶ Dixit dñs dño meo sede a dextris meis



Aliter. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis.

¶ Intonatio psalmoꝝ maiorum



¶ Magnificat anima mea dominum



¶ Bñdictus dñs deus israhel qꝛ visitauit et



fecit redemptionem plebis sue.

# Capitulum quartum

Sequit̃ differētia pegrina.



Seculoꝝ amen Nos qui viuimus



Taliter iſte tonus cantandus erit peregrinus



In exitu iſrahel de egipto domus ia-



cob de populo barbaro

Sequuntur modulatiões verſuū reſponſoriorū ad octo tonos ſm communem modū. Noue autē hyſtorie aliter hñt.

Verſum cantare ſtudeas hinc octo tonorum
Quos cantant pueri multa dulcedine bini.

# De tonis

Quando chorus cantum finiuerit hijs ſociatum.

Poſtulat et iungi ſibi quiſquis gloria patri.

Sed duplex dici debebit gloria patri.

Ars donat' primum prefert vſuqꝫ ſecundum

Singula principia ſed noſcas primitus horum

Que poſt finales ſeruare volunt ſibi claues.

Incipias verſus autentos per diapente.

Per ſemitonium diapenteqꝫ concine ternum.

Quartus et octauus diateſſeron' eſt ſociatus.

Incipiunt ſextum finales atqꝫ ſecundum.

Cfaut ad verſum primat perſepe ſecundum

Ut per ſubſcriptas poteris cognoſcere formas.

Sed variat verſus hos cantus ſepe modernus.

Diuerſis formis incertis ſed tibi normis.

¶ In iſta parte autor ſubiungit varias formas verſuū qui reſpiciunt reſpõſoria octo tonoꝝ q̇ verſus finitis reſpõſorijs in choro a ſenioribꝰ per duos pueros ſeu ſcolares dulciter dicantur cum ſuis gloria patri. Ad pleniorem autem cognitionē textus ad memoriā reducēda ſunt ea que ſupra dicta ſunt in tercio capitulo de modis quibꝰ oīs cantus cõtexitur vbi oſtenditur quid ſit diateſſeron quid diapente. Item reuocāda ſunt ad memoriam que in hoc quarto pre-

# Capitulum quartum

ſcripta ſunt capitulo de clauibus finalibus octo tonorum
ibi/videlicet. (In dſolre tonus primus finitqȝ ſecundus).
Hijs ad memoriã reductis textus planus erit. Poſſet etiã
iſta pars in plures partes diuidi ſicut patet ſufficiẽter For
ma etiam verſuũ ſubſcriptoꝝ octo tonorum in neuma ſeu
nota ipſius aſcripta per ordinẽ ſatis manifeſta et lucida eſt
que forma ſiue neuma in nouis hyſtorijs per nouos canto
res ſepe variãtur. D V Nota etiã qꝫ duplex gloria patri
cuilibet verſui octo tonoꝝ aſcribit̃ primũ ſcd̃m artẽ ab anti
quo ſeruatã reliquũ ſm vſum de quo vix diſue ſcũtqꝫ plures
ſed de hoc nõ erit multa vis vtrũ primũ vel ſcd̃m glia patri
decantet̃ qꝫuis potius ars vera quã vſus in cantu deberet
ſeruari: licet dicat̃ cõmuniter: Cũ fueris rome romano viui
to more. Cũ fueris alibi viuito ſicut ibi. Et iter ũ, artẽ diſca
mus qꝫuis vſum teneamus.




et fili o et ſpiri tui ſan cto
¶ En dulcedo to num tibi concinit
i ſta ſe cun dum
Glo ri a patri et fi lio et
ſpi ri tu i ſan cto.
Glo ria patri et fili o.ꝛc̄.


Terti us hinc verſum ſic quêuis
tol lit in al tum
tu i ſan cto
Glori a patri et filio etſpiritui
ſancto
Glori a patri et fili o ꝛ ſpiritui
Inde toni ver ſum


ſicquarti vol ue de or ſum
Gloria patri et fili
o et ſpiri tui ſan cto
Gloria patri et fili
o et ſpiri tui ſan cto
Quintus et huic ver ſum

D


vult quēuis tol lere ſur ſum
Gloria patri et filio ⁊ ſpi
ritui ſan cto
Gloria patri et fili o
et ſpiri
Dulcior eſt ſo nus


ſex ti quem dat tibi ver ſus
Glo ria pa tri et fili
o ꝛ ſpiri tui ſan cto
Gloria patri et fili o
et ſpirſ tui ſan cto
Sep timi verſum pre cun


ctis tol li to ſur ſum
Glo ria patri et fili o et
ſpiri tui ſan cto
Glori a patri et et fili
o et ſpiri tui ſan cto
Talibus octauumq; neumis.




¶ Sequitur recapitulatio neumarũ preſcriptaruꝫ verſuum octo et ſunt metrice compoſita quatuoꝛ verſibus.



# Capitulum quartum




Quos dant introitus poſt hec addiſcito verſus.
Ut plus cunctorum pateat tibi forma tonorum
Incipitur verſus per fa, ſol, la tibi primus.
Ut re fa verſus per cfaut itqꝫ ſecundus.

# De tonis

Ut re fa verſus per G prebet tibi ternus.
La ſolſol verſus lalala dat tibi quartus.
Ut mi ſol verſus bmollis dat tibi quintus
Bmollis verſus ut rere dat tibi ſextus.
Prefert ſeptenus fami faſol tibi verſus.
Ut re ut octauus ut faſa fert tibi verſus.
Gloria p iungis cui triplicat amen tibi primus
Duplat amen quintus. octauus erit ſibi iunctus.
Sed per amen relequi tibi ſimplat gloria patri.
Que rubus primū quintū fert addito ſextum
Verſum ſeptenū duo c dant atqꝫ ſecundum
Ternus et octauus gſolreut eſt ſociatus
Sed ſolus quartus alamire fit aſſociatus
Hec et in exemplis ſubſcriptis ſingula cernis
¶ Introituſqꝫ tonis octo prius aſſociabis.
Primus gaudete dat: lex dominiqꝫ rorate.
Datqꝫ ſequens ſalu::terno ben:dicite iunge.

# Capitulum quartum

Eduxit dominus tonus hinc ſociat tibi quartus.

Ecce deus quinto domine in tua conſociabo

Sextus dat iuſti. ſeptenus dat populus ſi

Fert inuocauit octauus et ad te leuaui

Eſt hic inſertus alius varius quoqꝫ cantus

Et ſic addiſce totius carmina miſſe.

M ſolum tria c ſimul x tria preteriere

Poſt chriſtum natum binum ſi iunxeris annū.

Cum flores iſtos contexuit hugo ſacerdos

Reutlingenſ: noris ſi nomen ſcire loci vis

Contio ſueuorum quo colligitur variorum

Poſt annos denos hinc plurima conſociauit.

In varijs ſpacijs huius libriqꝫ locauit

Qui nunc ſexcent v tria x verſus retinebit.

Ex quis diuerſos varijs neumis adhibebit

# De tonis

¶ In iſta parte ad pleniorem cognitionē tonoꝝ ſubiungit inceptiones verſuū qui aſſociātur introitibꝰ cum tota for-ma et cum ſuis gloria patri. ꝟ. et patere poterit. ꝙ euouae in-troituum (qui eodē modo ſicut reſpōſoria et antiphone per octo tonos decantātur) eiſdē clauibꝰ adaptātur quibus et euouae antiphonarū ſolo verſu introituū ſexti toni excepto cuius euouae in ffaut incipit vt infra patebit. I ¶ Hic nota ꝙ quandocūqꝫ introitꝰ ſecūdi toni in alamire finitur: tunc euouae verſus incipit in cſolfaut ⁊ ipſe verſus in gſol-reut vt patet in introitu (Cibauit eos ⁊c.) Item ſi aliqui alij introitus ſurſum in acutis finiūtur clauibꝰ ſiue affinalibꝰ euouae verſuū ſimiliter ſurſum incipiūtur. ¶ Subiungit etiam autoꝛ in littera ꝙ ꝟſus introituū primi toni triplicat in fine gloria patri ſecundū varias inceptiones introituū. ¶ Quītus vero et octauus tonus in gloria patri introituū duplicant euouae. Etiam ſecundū varias inceptiones ſu-as vt infra plenius patebit per cantus demonſtrationem. ¶ Introitusqꝫ ⁊c. Dicit autoꝛ ꝙ primo introitꝰ octo tonoꝛū per oꝛdinem ſunt ſciendi. ¶ Ubi nota ꝙ primo tono tres introitus in ſubſcriptis verſibꝰ ſūt aſſociati ꝓpter triplex euouae in gloꝛia patri ipſoꝝ. ¶ Quinto vero et octauo tono duo introitus ſunt adiuncti ꝓpter duplex euouae. Reli-quis vero tonis vnus introitus ꝓpter vnicū euouae aſſigna-tur vt infra patebit. k ¶ M ſolum tria c) Hic autoꝛ pau-liſper digreditur a materia huius libꝛi deſcribendo tēpus ⁊ locum in quibꝰ iſte liber deſcriptus eſt. Et dicit ꝙ ab incar-natione dn̄i effluxerūt mille anni tricenti triginta duo qn̄ iſte li-ber fuerat ꝯſcriptus per verſus quadringētos preter trigin-ta. Deinde poſt annos decem autoꝛ huius libꝛi cōſiderās ſe plura neceſſaria obmiſiſſe ſuperaddidit ad diuerſa loca huius libꝛi .cclxxv. ꝟſus. Subiungit etiam in littera nomē ſuum et officium. Et deinde ſubiungit ꝙ liber iſte continet ſeccentos trigintaquinqꝫ verſus quoꝛum verſuum aliqui neumis ſunt aſſociati diuerſis locis huius libꝛi ſicut patet ſufficienter.

# Capitulum quartum

Sequitur ſeculorum amen introituū ſm̄ octo tonos cū aliorū cantuū exēplis. Et primo de principali euouae primi toni.



Seculorum amen Gaudete in domino



Exur ge quare Exclamauerunt

Prima differentia attribuitur introitibꝰ qui in a acuta incipiūt vel in F capitali citiꝰ ad a acuta aſcendentes ⁊ ibidē aliquā morā facientes licet ad ffaut iterato deſcendant per interualla tonorum.



Seculoꝝ amen Ex domi ni



Sapientiā ſancto rum Scio cui credidi



Salus autē Miſereris

Secūda differentia ſubſcripta reſpicit introitus primi toni in Cfaut incipientes et deinde per tonum et poſt hoc per diapente aſcendētes. vt patet n exemplis ſubſcriptis.



Seculorum amen Rora te Suſcepimus



Gaudeamus Incli na

¶ Modulatio verſus huiuſmodi



¶ Prima etate plaſmati ſunt



adam et eua et poſiti ſunt in ſede beata


Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto ſi
cut erat in principio et nunc et ſemper et in
ſecula ſeculoꝝ amen Seculoꝝ amen
Seculorum amen Grad. Poſuiſti ꝟ. Deſide
rium Alle
luia Chriſtus reſur gens


Off. Jubilate deo Com. Cũ inuocarẽ te
Ecce virgo Seculoꝝ amẽ Salue ſancta
¶ De ſecundo tono
Ecce aduenit Dominus dixit Cibauit
Terribilis eſt Ex ore infantium. ℣. Secunda
Gloria
etate narrauit archa diluuio paſſim fluente
p. & fi. et ſpiritui ſancto ſicut
et nunc et ſemper et in ſecula ſeculoꝝ amẽ
¶ Graduale
Adiutor meus


℣. Confundetur
Alleluia
Di es
ſanctificat⁹ Off. Tollite. Cõ. Dñe deus meus
Seculorum amen Benedicite dño Intret
¶ De tercio tono
oratio Uocem iocundi ta tis
Nunc ſcio Si iniqtates ℣. Tẽptat⁹ abrahã


tercia eta te dilectā yſaac mactare pbat
Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto
ſicut erat in principio et nunc et ſemper et in
ſecula ſeculorū amen Alle lu
ia ℣. Leta mi ni
Off. Benedixi ſti Cōm. Benedici te omnes

# Capitulum quartum



Huius quarti toni graduale raro inuen itur frequentius enim gradualia diuerſorum tonorum debitum curſum excedunt.




Sequitur de quinto tono euouae principale

## Capitulum quartum

¶ Differentia quinti toni ꝛ reſpicit introitus in ffaut incipiens ꝛ deinde ad alamire aſcendẽs.






## Sequitur de ſexto tono.



# Capitulum quartum






Sequitur de ſeptimo tono



# Capitulum quartum









## De octauo tono pꝛīcipale euo







Differentia ſubſcripta ſeruit introitibus in Afaut vel in Dſolre incipientibus. ¶ Differentia octaui toni






# Capitulum quartum




ia. ℣. Deus iudex iu ſtus
Off. Inueni dauid. Off. Poſui ſti
Elege runt. Rñſum Video
celos Si mile eſt regnum
Primum, querite regnum dei

D

# Capitulum quartum

Quos docet autorum pueros ſcola poſt variorum
Verſus ſcandire per neumas diſceq; ſcire.
Nunca nam cantum ſociat metrum quoq; rigmum.

L Poſtquam autor ſufficienter determinauit de tribus alphabetis per claues et voces in ſiniſtra manu ſituatis: et de monocordo. Et deinde de modis quibus cantus cõtexitur: et poſtmodum de octo tonis cum pluribus alijs que circa eaſdem materias incidunt. Nunc circa finem libri (cum muſica non ſolum reſpiciat cantum varium) Sed etiam rigmum debite coniunctum ne ſcz vna pars rigmi in numero ſillabarum ſexcedat alteram partem ymmo etiam metrum diuerſum ꝛ precipue exametrum et penthametrum. Idcirco nunc ſubinfert qualiter verſus eorundem metrorum debeant per pueros quibus leguntur ſcandiri. et ornate in ſcolis legi et a doctoribus recitari textus planus eſt et ſententia ſimiliter.



Verſibus exametris hanc neumam conſociabis



Indita penthametris neuma ſit iſta tuis    Aliud



His quatuor verbis virtutem collige legis    Per

# De tonis




Nota breuis facit vnū tempus quatuor tempora pedem. ſex pedes exametrū. v. penthametrū vltīa tamē poteſt eſſe breuis vel lōga. Reliqua require ſuis locis de mēſuratiōe ꝟſuū.

Sit tibi laus et honor et gloria chriſte redemptor,
Qꝫ tua per librum me gratia duxerat iſtum.
Irrorans dictis cunctis hic ordine ſcriptis.
Quo maduit vellus gedeonis roreqꝫ tellus.
Ignoſcant cuncti ſi quid minus vtille ſcripſi
Qui cunctis placeat quia non puto q̄ modo viuat
Nam fuit eſt et erit quod nequam pungere querit.

# Capitulum quartum

Viperea lingua que laude forent bene digna.
Sicut adam primi monſtrauit pueri tibi bini.
Quando cayn mactat hinc abelqꝫ bono tractat.
Tradit et in mortem ſamſonem dalida fortem
Cum ſua ſecreta feciſſet ei manifeſta
Sicqꝫ ſaul dauidem cupiebat perdere regem.
Pro quo per fundum ſtuduit proſtrare goliam.
Acab eo ſathanam cithara depellere nequam
Sic turbat iudam turpiſſimus inchanor dux
Et mardocheum iuſtum nequiſſimus amon
Hinc turpis iezabel propter bona pungit helenam.
Sicut ſennacherib iuſtum ſanctumqꝫ tobiam
Rexqꝫ ioas intra templum iuſtum zachariam.
Serrat et hinc ſanctum manaſſes rex iſaiam.
Carcerat et ſanctnm ſedechias rex iheremiam.
Et iaculat nechao iuſtum rectumqꝫ ioſiam.
Quem flet adhuc etas queuis: mage ſed iheremias.
Codex trenorum ſicut dat noſſe ſuorum.

# Re.onis

Hoſteqꝫ nos ſimili ſumi patris eripe fili.

Queſoqꝫ virgo pia nos ſalua ſancta maria.

Jnhac vltima parte autoꝛ huius tractatus refert deo gra-
tiaꝝ actiones pꝛo eo ꝙ intellectum ſuum aridū a gratia et
ſapientia roꝛe celeſti perfudit. vt opus iſtud ꝓficeret ad vti
litatē magis ſimpliciū et compleret. Tangit autē in littera
autoꝛ quādā hyſtoꝛiā veteris teſtamēti. Ad cuius intelle-
ctum nota ꝙ ſcribitur in libꝛo iudicū. capitlo ſexto ꝙ eo tē-
poꝛe qn̄ filij iſrabel peccauerūt coꝛam dn̄o vt madianite/ id
eſt populus de terra madian inſurgerēt contra eos volētes
terrā ipſoꝝ deuaſtare. Quidā de filijs iſrabel noīe gedeon
purgauit triticum ſuum in ſuo toꝛculari vt cum ceteris aſſū
ſuis filijs iſrabel inuocauit humilibꝰ pꝛecibus dn̄m vt mi-
ſericoꝛditer defēderet eos ab hoſtibꝰ apparuit eidē gedeoni
angelus domini dicens. AVE Dominus tecum viroꝝ
foꝛtiſſime. Vade in foꝛtitudine tua liberabis filios iſrabel
de manu madian petiuit itaqꝫ gedeon ſignū ab angelo de
hoc facto dicens: dn̄e ſi ſaluū facis per manū meā iſrabel
ſicut locutus es ponam hoc vellus lane in area ſeu in arida
terra et ſi ros in ſolo vellere fuerit et in omni terra ſiccitas:
ſciam ꝙ per manū meam ſicut locutꝰ es liberabis iſrabel.
Factumqꝫ eſt ita et de nocte conſurgēs expꝛeſſo vellere con
cham impleuit. Dixitqꝫ rurſus ad dn̄m ne iraſcat̄ furoꝛ tuꝰ
contra me. Si adhuc ſemel tēptauero ſignū querēs in vel-
lere. Oꝛo dn̄e vt ſolum vellus ſit ſiccum et omnis terra ma
dans. Fecitqꝫ dn̄s nocte illa vt poſtulauerat gedeon et fuit
ſiccitas in ſolo vellere et ros celi in omni terra vult ergo au-
toꝛ ſic dicere. Sicut deus roꝛe celeſti impleuit ꝑmo vellus
gedeonis et deinde terrā ſiccam ꝙ eodēmodo intellectū ſuū
ſiccum et aridū perfuderit roꝛe celeſti ad hoc opus perficiē-
dum pꝛo iunioꝛibus clericulis muſicam diſcere volentibus
quoꝛum intellectus per ſcientiam huius libꝛi: ſi fuerit in eo

ſtudioſi:q rore celeſti perfundentur.
A. ¶ Ignoſcant ꝛc. Hic ſupplicat autor omnibus hūc
librum audientibus vt grata habeant ſingula in eo conſcri
pta et ſibi ignoſcāt ſiqua minus bene poſuit. Sed quia ſcri
bit ſalomon eccleſiaſtes primo capitulo. Peruerſi difficile
corriguntur et ſtultorum infinitus eſt numerus. Ideo ſub
iungit autor in littera ꝙ vix aliqs poterit facere aliqua bo-
na ad laudem dei vel etiam hominum niſi etiam ab aliqui
bus nequā et peruerſis detrahatur ſibi. Ideo etiam ſub-
mittit ſe detractioni peruerſorum annectēs vndecim hyſto
rias veteris teſtamēti: in quibus euidēter demonſtratur ꝙ
pluribus euenerunt mala propter eorum bona opera.
D. ¶ Sicut adam ꝛc. Legitur gen. capitulo quarto.
Factum eſt autem poſt mltos dies vt offerret Cayn de fru
ctibus terre munera dn̄o. Abel quoqꝫ obtulit de primoge-
nitis gregis ſui et adipibus eorū. ꝛ reſpexit dn̄s ad abel ꝛ ad
munera eius. Ad cayn autem et ad munera eius non re-
ſpexit quia vilem tulit oblationem. Iratus eſtqꝫ cayn vehe
menter dixitqꝫ ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras
in agrum. Cumqꝫ eſſent in agro conſurrexit cayn aduerſus
abel fratrem ſuum et interfecit eum. Sic adhuc multi ne-
quā chriſtianos ſuos bona et laudabilia opera facientes.
Si non gladio tamen lingua occidunt viperea et veneno-
ſa. Idem applica ad ſubſcriptas hyſtorias.
P. ¶ Tradit et in mortem. Legitur in libro iudicum ſe-
decimo capitulo ꝙ dalida vxor ſanſonis ducis et gygantis
fortiſſimi continue inſtabat omni qua poterat precum in-
ſtantia ipſi ſanſoni vt enarraret ſibi in quo eſſet ſua fortitu-
do. Et illa amica relatione dixit ei ꝙ crinibus capitis ſui qd
nunqꝫ fuit raſum. Ipſa comperta vertice cum vna dierum
dormiuiſſet in gremio ſuo vocauit tonſorem ſecrete iubens
illum radere omnes crines ſanſonis et cum hoc vocauit in-
imicos ſamſonis qui latebant in inſidijs. ꝛ ſamſonem cum
euigilaſſet et crines perdidiſſet per raſuram capitis cecaue-
runt et ſic multa mala ei intulerunt qui tandem cum ei cri-

nes denuo creuiſſent in capite predictam dalidam meretri-
cem cum mille alijs hoſtibus ſuis fracta colūna vnius do
mus interfecit et ipſe ſimiliter mortuus fuit. Applica vt ſup.
R. ¶ Sicq ſaul dauid. Legitur primo Regum decimo
ſeptimo capitulo ꝙ dauid ad petitionem ſaul regis occidit
per fundam goliath gigantem. Legitur quoq decimoocta
uo capitulo ꝙ ſpiritus malus incepit vexare ſaul Dauid
autem percutiebat cytharam et eo tempore ſpiritus malus
receſſit a ſaul. Saul tamen non immemor bonorum Da-
uid ſepius nitebatur interficere eū. Applica vt ſupra.
R ¶ Sic turbat iudam ꝛc. Legitur ſecundo machabeo
rum ꝙ iudas machabeus dux famoſiſſimus et ſtrennuiſſi
mus multa bona et laudabilia fecit opera pro quibus tur
piſſimus et maligniſſimus nichanor dux regis ſyrie quāto
plus poterat eum perſequebatur. Tandem autem obtento
tropheo in prelio iudas caput nichanoris abſcidit et iuxta
iheruſalem ſuſpendit in altum. Sicut legitur ſecundo ma
chabeorum vltimo. Sicut adhuc multi qui pro bonis red
dunt mala torquebuntur eternaliter.
S ¶ Et mardocheum. Legitur in libro heſter capitulo
tercio ꝙ maledictus amon virum bonum et iuſtum mardo
cheū habere cepit odio vnde et iam ob inuidiā ipſius mar-
dochei qui fuit iudeus obtinuit a rege aſuero vt in centum
vigintiſeptem prouincijs deberent occidi turpiter omnes
iudei. Heſter autem regina hec percipiens obtinuit caſſati
onem litterarum eorumdem et cum hoc obtinuit a rege vt
ipſe amon ſuſpenderetur propter maliciam ſuam in patibu
lo vt legitur heſter quindecimo.
T ¶ Hinc turpis iezabel. Legitur tercio regum capitu-
lo decimonono ꝙ Jezabel vxor regis achab detraxit Helie
prophete propter ſua bona opera. vnde volebat ipſum occi
diſſe. Qui fugiens iacuit ſubter vnam iuniperum ꝛ petiuit
anime ſue vt moreretur. Sed angelus domini conſolaba-
tur eum. Turpis autem iezabel propter maleficia ſua. dein
de proiecta fuit de muro et canes lingebāt ſanguinem eius.

# Capitulum quartum

Sicut adhuc multi detractores per canes infernales dei
torquebunt niſi de ſua detractione ſatiſ fecerit in hoc mūdo.
¶ Sicut ſennacherib. Legitur Thobie capitulo primo
q̄ ſennacherib perſequebatur crudeliter iuſtum et ſanctū
Tobiam volens eum occidere propter ſepulturas et alia
bona opera qui ſennacherib deinde a proprijs pueris ſu-
is eſt occiſus vt legitur ibidem. Quapropter ſi detractores
precogitarent futura pericula a detractione et perſecutio-
ne bonorum ceſſarent.

V ¶ Rexq̄ ioab. Legitur ſecundo libro Paralipomenō
viceſimoquarto capitulo q̄ ioab rex iheruſalem zachariam
filium Joiade ſacerdotis propter bona et ſalubria dicta et
concilia ſua cepit eum odio habere et occidere inter templū
et altare. Sed ob vindictam a proprijs ſeruis occiſus fuit
vt ibidem ſubinfertur.

X ¶ Serrat et hinc ſanctum rē. Legitur quarto Regum
viceſimo capitulo q̄ Manaſſes rex iheruſalem fecit pecca-
re iſrahel et effudit ſanguinem prophetarum nimis. Unde
etiam / vt dicit in hyſtoria ſcolaſtica / lignea ſerra iuſſit iſayā
ꝓphetā ſerrari qui erat ſuus ꝯſanguineus et ob hoc in vin-
dictam longo tempore in carcerem fuit miſſus et multo fer-
ro alligatus deo hoc permittente. Applica vt ſupra.

Y ¶ Carcerat et ſāctum. Legitur iheremie capitulo trice-
ſimo ſeptimo. Precepit ergo ſedechias vt traderetur ihere-
mias in veſtibulum carceris et trigintaocto ſubmiſerūt fu-
nibus iheremiam in lacum vbi non fuit aqua ſed lutum.
Deſcendit itaq̄ iheremias in ſcenum ſecūdum q̄ factū eſt
ex eo q̄d ſedechias nō curabat bōa facta et dicta iheremie p-
phete ſed ſibi detraxit et eum in carcerē poſuit: in vindictā
rex babilonis ipſum captiuauit et cecauit.

Z ¶ Et iaculat. Legitur quarto Regum viceſimoprimo
q̄ ioſias rex iheruſalem venit in occurſum Nechao regis
egypti et occiſus fuit in prelio. Et quia Joſias fuit rex mi-
tiſſimus et manſuetiſſimus inſuper religioſiſſimus et rectiſ-
ſimus. Sicut etiam legitur in ſequētia: Stirpe maria rē.

# De tonis

Patris ioſie adimpleuit te religioſitas. Idcirco ob vindictam ipſius nechao occiſus fuit a rege aſſyriorum. Subiungit deinde autor in littera ꝙ ioſias rex lamentatus fuit ab vniuerſis ⁊ maxime a iheremia propheta qui librum trenorum ſui lamentationum (qui ſingulis annis in vniuerſa eccleſia catholica triduo ante paſca legitur ad matutinuz) de ipſo ioſia hyſtorialiter compilauit. Et quia omnibus detractoribus in fine huius libri per hyſtorias ſubiunctas male poſtremo accidit. Idcirço autor iſta ſubiungit vt audientes ea a detractionibus bonorum factorum dictorum deſiſtant. Petit deinde autor vt Iheſus chriſtus et piiſſima virgo maria nos a conſimilibus hoſtibus defendat.

Amen

2 181947

# Capitulum quartum



Exercitium vocum muſicaliuz



DOMEIN-ARCHIEF
TE
UTRECHT


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm